


*772*  
BIBLIOTEKA  
Zakł. Nar. im. Ossolińskich


*XVII*  
**2818**



.172

RIMICA

ED. 1900



# CICADA RHYTMICA.



F. Raymundi Madrowic  
Lcopolitani ex Prouintia Russice  
Ordinis Prædicatorum.

T O M. I.

Super quæstiones 43. primæ partis summæ  
Theolit Doctoris Angelici.



D E

D E O V N O & T R I N O

---

L E O P O L I.

In Officina Michaelis Sloska, ARCHIEPIS.  
Typographus Anno D. 1639.

9.772

**O**pus in primum tomum distinctum  
Cicada Rythmica de Deo Uno &  
Trino nuncupatum laudabiliter per Re-  
uerendum ac Religiosum Pr̄em Raymūn-  
dum Mādrowic Ordinis Prædicatorum  
Prouinciae Russiæ S. Th. Bacc: conscri-  
ptum, & à Theologis eiusdem Ordinis  
lectum & trutinatū ac alias approbatum,  
ut liberè possit & valeat typis mandari  
& in lucem edi Authoritate Illustrissimi ac  
Reuerendissimi Domini D. ARCHIEPI-  
SCOPI Leopolien: &c. damūs & con-  
cedimus facultatem per prælentes manū  
& sigillo nostris subscriptas & signatas.  
Leopoli, 5. Iulij Anno Domini, 1639.

Andreas Sredzinski Præpositus Præm  
Custos Vicarius in spiritualibus  
& Officialis Generalis  
Leopolient. Mp.

XVII - 2818 - II.

CLARISSIMÆ  
CIVITATI LEOPOLIENSI  
Patriæ suæ Charissimæ.

Fr. Raym: Madrowic Felicitatem.

**A**ntiquissimos Atheniensium, aureas  
cicadis capillorum cincinnis impli-  
cas gestasse, tradunt Authores, eò quod  
musicæ sint cicadæ, & Apollini sacræ, qui  
patrius erat Deus civitatis Athenarum.  
Si quando autem hoc canorum genus ani-  
malium, lyram à Deo in pectus suum da-  
cam, contentiosius exercet, quam sub tem-  
pus stellæ gutturis æstuosi, ac solis quasi  
ignei, unde Maro: Sole sub ardentí reso-  
nante arbusta cicadis: mihiq; tunc ab audi-  
tu tcholæ alii generalis. Studii Patauini,  
in Conventu S. Augustini otiosius vacati,  
& opusculum hoc minutum tenuiore stilo  
modulati, porrecta ansa præfigendi titulu  
Cicada. Nam rādem in lucem prouolare  
gestientem, cui potissimum dedicarem, in

ipsos incurvisti oculos o LEOPOLIS Ci-  
uitatum inclyta, Metropolis Russiæ, quæ  
ortus mei (dicam cum Tullio) magnā par-  
tem vēdicas, ne mihi solum natus sim, sed  
& Tibi Patriæ charissimæ. Gaudeo autē  
me Tuum esse, & Tuis in Domino gloriari  
virtutibus, licet sacer Ordo Prædicatorū,  
habeat gratiâ Dei mundo creptum. Mul-  
tum tibi splendoris affert fundator Tuus  
Leo Princeps Russiarum, plurimum tot  
elogia & priuilegia Serenissimorum Regū  
Tuorū, præ alijs Regni Ciuitatibus, Tibi  
singulariter indultas & ne dicam ad inui-  
diām vīc̄, amor Beatissimi successoris,  
Diui Petri Apostoli, Sixti Papæ V. Te ad  
insignia suā, velut cognatam, aut potius  
filiam admittentis. Clarescis præterea tā-  
quam argento septuplum purgato studiis  
tot publicis Philosophicis, tot velut auro  
fulgentissimo Theologicis, tot sedibus  
altis, Illustrissimis Archiepiscopali, Pala-  
tinali, Senatorijs Episcopali Suffraganea  
Capitaneali, & Catholicā sede Archiepi-  
scopali Armenorum, velut gemmis cæle-

stib⁹

stibus distincta. Senatum Tuum, Senatū  
Sapientem; felicitatem ingeniorum, alte-  
ras Aithenas Regnum appellat, Equestris  
ordo Militum matrem benignam, paupe-  
res refugium, aduenæ ipsam hospitalita-  
tem, solæ in vniuersum hæreses, nunquam  
in te locum habentes, capitalem inimicā-  
dum antiquitus Ordines tot sacri Religi-  
onum, choros astrorum omnemq; orna-  
tum cœlorum, cum splendidissimo decore  
Domuum Dei, magnificè ac liberaliter in-  
te imitentur. Debitum ergo & heredita-  
rium mihi est Te colere, quæ & olim Ge-  
nitorem meum virum Tuum Consularē,  
& me secretarium Tuum, cui non tam  
luris vtriusq; Doctoratus officia exercen-  
ti, quam vt Patrio Tuo priuilegia Tua  
credideras habuisti: dignum quoq; nunc  
humiliter petere, vt iltum qualemcumq;  
laborem, gratâ suscipias manu, alterum  
breui de Deo Incarnato tomum  
præstolando.



Diploma Apostolicum ad Sena-  
tum Leopoliensem.

SIXTVSPAPA. V.

**D**ilecti filii salutem & Apostolicam benedi-  
ctionem. Aperuit nobis nuper Venerabi-  
lis Frater Ioannes Demetrius Archyepi-  
scopus Leopoliensis, Pater & pastor animarum  
vestrarum, piam mentem & intentionem vestram  
quam magnopere cupitis: ut insignia Civitatis ve-  
stre Leopolensis, quae cum nostris insignibus in-  
lone conueniunt, per nos aliquo munere decoren-  
tor, ac illustrentur. Nos huic vestro pio ac deuoto  
desiderio ad maiorem omnipotentis Dei gloriam  
& Sanctæ Romanae Ecclesiae decus, ac sempiterna  
nam erga vos eximia caritatis nostræ memoriam  
annuere cupentes, vestrisq; ac dicti Demetrii Ae-  
chierisci supplicationibus inclinati, Leoni di-  
cta civitatis communibus insignibus vestris tres  
monticulos & stellam de Leonis nostri stemmate  
desumpios Apostolicâ authoritate tenore praesen-  
tium perpetuo inserimus, & adiungimus, speran-  
tes fore ut vos huiusmodi stellæ & montium my-  
stico praesidio muniti, de inimicis vestris quibus  
cum bellum continuum gerendum est, ex optata  
victoriam reportetis arma, siquidem militare no-

stra

stra (vt Apostolus ait, non sunt carnalia sed por-  
ta Deo ad destructionem munitionum, consilia  
destruentes, & omnem altitudinem extollentem  
se aduersus scientiam Dæt, & in captivitatem ea  
digentes omnem intellectum in obsequium Chri-  
sti, & impromptu habentes viciisci omnem ino-  
bedientiam. Quid enim aliud per leonem intelli-  
gi debet, nisi Christus, iuxta illud Apocalipsis §.  
Vicit leo de tribu Iuda. Et Amos c 3. Leo  
rogiet quis non timebit? Dominus locutus est,  
quis non euangelizabit? De quo etiam Num: c  
24. accubans Dormiuit vt leo. Quid per mon-  
ticulos nisi Ecclesia Catholica super ædificata sus-  
ra firmam petram in confessione Sanctissimæ  
Trinitatis luxta illud Esaïæ. C: 2. Mons do-  
mus Domini, in vertice montium, & eleuabitur  
super omnes colles, & fluent ad eam omnes gē-  
tes, & ibunt populi multi, & dicent, venite ascen-  
damus ad montem Domini, ad domum Dæi Ia-  
cob, & docebit nos vias suas. Quid deniqz per  
stellam designatur nisi Beatissima Virgo Maria?  
quæ & Mater gratiæ & Mater misericordiæ pro  
salute fidelium suorum athletarum sedula exora-  
trix ad Christum verum leonem, quem Matrem  
lactauit uberibus, intercedit, vt Num c 24. Oti-  
etur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel,  
& percutiet Duces Moab. Sumite ergo vos be-  
nedictionis filij exemplar insignium nostrorum  
presentibus hic expressum, illudqz contra quos-  
cunqz inimicos vestros visibiles & invisibiles ger-.

et ut eiusmodi adminiculo innixi post adeptam  
a vobis de vitroq; hõste in hoc mundo victoriæ,  
præmia Cælestis gratiæ in alio sæculo consequi  
possitis. Quoniam vero contingere potest, ut no-  
stra hæc insignia vestris insignibus altera quæ res  
præsententur inserta & adiuncta secundum tem-  
porum conditionem, locorum situationem, ac i-  
psius rei qualitatem magis decori publico & Chri-  
stianæ religioni congruere, & inseruire valeant;  
vobis illa ad libitum vestrum, ubi quando & quo-  
modo videbitur decentius inserendi, adiungendi,  
& collocandi facultatem & autoritatem per  
præsentes concedimus & impertimur, contrarijs  
non obstantibus quibuscumq;. Datum Romæ  
apud S: Marcum sub annulo Piscatoris. die XV  
Septembris MD. LXXXVI. Pontificatus nostri  
Anno secundo, Thot Thomæ Gualterius,





## FACVLTAS IMPRIMENDI.

R. Iacobus Dominicus à Potok Potockii S. Th: Bacc: Prior Prouincialis Provinciæ Russiæ Ord. Præd: tenore præsentium concedimus Reu: P. F. Raymuudo Mądrovic Sac Th. Baccalaureo eiusdē ordinis licentiam dandi ad prælum opus sculum Paternitatis suæ dictum Cicada Rythmica super D. Thomam in primâ parte. Datum in Conuentu nostro Leopoliensi: S. M. Magdalenæ 18. Iuuij. 1639.

Fr. Iacobus Dominicus Potocki  
Bacc. Prouincialis Russiæ  
qui supra Mp.



## APPROBATIONES.

**E**x commissione A R P. Prouincialis  
Enostri Russie Ordinis Prædicatorum  
legi opusculum totum, cui Author R P.  
Fr. Raym: Madrowic Bacc. titulum præ-  
fixit Cicada Rythmica, quippe quæ reso-  
nat primæ partis D. Thomæ Aquinatis  
tractatum de Attributis Dei Absolutis, &  
mysterium Trinitatis Personarum in Di-  
uinis; quod quidem in gratiam studiofo-  
rum Theologizæ Thomisticæ typis euile-  
gari dignū fore censeo. Datum Leopoli  
in Conuentu S. Magdalene.


**I**sta est Ego Fr. Modestus Magister  
eiusdem Ordinis &  
Prouincie,

**Metho-**

**M**ethodum breuem & verissimam Th̄  
Mologię de Absolutis & Sanctissima  
Trinitate iuxta mentem D. Thomae Cica-  
dam nuncupatam, à R P Fr. Raymundo  
Mądrowic compilatam, & ad trutinans-  
dum mihi ab Adm. R P. Fr. Iacobo Do-  
minico Potocki Sac Th: Baccalaureo  
Prouinciali nostro Prouinciæ Russiæ, &  
ab A RR. PP. Moderatoribus Studij Ge-  
neralis porrectam, proficiam studiis sci-  
entiarum Reginæ & maximè accommo-  
datam censeo, dignamq; mandari typis  
existimo & approbo.

Ita est Ego Fr. Simoni Okolski  
Sac Theolt. Bacc.  
Manu pro,

Go Fr. Petrus Chłascevius S.T. B. &  
E Viceregens fidem facio, me legisse ac  
perlegisse librum cui inscriptio est Cicada  
Authore R. P.F. Raymundo Madrowic  
S T B. nihilq; in eo Catholicæ Apostolicæ  
& Romanæ fidei contrarium reperisse.  
Leopoli 30, Octobr: 1637. Manup.



# QVÆSTIO. I.

De sacra doctrina, qualis sit,  
& ad quæ se extendat.

## ARTICVLVS I.

**D**EVS HOMINI FINIS, sed utris sciat  
Perneccesse Doctrina Sacra reuelatur  
Quia per naturales erroneas tantum,  
Vix vix pauci de Deo nesciunt aliquantum.

II.

Hanc voca Scientiam, nam subalternata  
Dei & Beatorum a quâ deriuata  
Scientia, ex ipsâ sumit principia.  
Ut ex superiori, fide non dubia

III.

Vna autem non plures, nam plura complecti  
Sub vna ratione formaliter obiecti  
Nouit id est a Deo ut sunt reuelata.  
Reuelabilitatis ratio formata.

IV.

Et ista scientia est speculativa  
Et practica: lumini non comparativa  
Dei, qui & se nouit, & quæ facit, magis  
Tamen speculativa nam de Deo agis.

V.

Dignior scientia quâvis speculantis  
Nam eius certitudo ex nunquam erranti

B



28

Est Diuino lumine : cum quia maiorem  
Materiam assumpsit supra rationem,  
Dignior & practicis, nam sola ad finem  
Est ultimum, æternam beatitudinem

VIE

Hinc cùm sic sapientis munus ordinare,  
Atq; per altiorem causam iudicare,  
Iure sapientia maxima vocatur

Quia propriissime hac determinatur  
De Deo, ut est causa altissima, duce

Cum naturali tum & reuelatâ luce  
Imo & simpliciter hanc maximam voca  
Supra cuncta genera humanarum loca.

VII.

Eius substantium Deus, quia vniuersa  
Sub ratione Dei, ex fide conuersa,

Perractans tum vel quia sunt ipsemet Deus  
Tum vel quod possesso & factura eius.

VIII.

Estq; ex principijs cum sic illatua

Adprobandum quæ docet, Argumentatiua.

IX.

Metaphoris utitur dum docet ut breui

X. Intelligent & rudes negotio leui,

Ac sub una literâ plures sensus eius

Quia specialiter ipsi author Deus

Qui & voces vthomo ad significandum

Insuper & ipsas res scit accommodandum.

Hinc præter historicum sive literalem,

Habet scriptura trinum iam spiritualem

Allègo.

Allegoricum namque sensum recte ponam  
Dum res antiquae legis signant legem nouam.  
Tropologicus desi, seu sensus moralis  
Signat Christi res simus ut quilibet talis  
Anagogicus tandem dum ea signantur  
Quae nobis in aeternâ gloriâ parantur.

Q V A E S T I O . II.  
De Deo, an Deus sit.

A R T I C U L U S I .

Iste sermo: Deus est: per se notus quidem,  
Quia est cum Subiecto prædicatum idem,  
Sed non notus quo ad nos. prædicatio tota  
Et subiecti ratio nam nobis ignota,

II.

Deum esse, per causam nequit demonstrari  
Quia causam non habet, neque potest dari,  
Hinc cum non demonstretur ita a priori  
Poterit demonstrari a posteriori  
Sic enim per effectus nobis notiores  
Ilorum quod author sit simus certiores.

III.

Est ergo Deus, qninque vñs id probabis,  
Nam primum mouens quod sit actu demonstra  
Primumque efficiens, & non factibile      bis  
Primum necessarium & non possibile;  
Ex ordine Entium per quam maxime Ens  
Et quod cuncta gubernat sumnum Intelligens.

Q V A E S T I O . III .  
De simplicitate Dei .

A R T I C V L V S . I .

D E u s q u o d n o n s i c c o r p u s , h o c t r i n a f i r m e t u r .  
R a t i o n e : e s t p r i m u m M o u e n s n e c m o u e t u r .  
D i u i s i b i l i t a t i s p o t e n t i a c a r e t ,  
N o b i l i s s i m u m q ; E n s v i t a p e r s e c l a r e t .

II .

M a t e r i a & f o r m a c o m p o s i t i o n e m  
N o n h a b e t , m a t e r i a m f e d e x c l u d i t o m n e m  
Q u i a e s t p u r u s a c t u s : p e r s e t a t q ; p r i m o  
F o r m a : P e r e s s e n t i a m b o n u s q ; o m n i n o .  
M a t e r i a l e a u t e m p a r t i c i p a t i u e  
E s t b o n u m v t a form a t r a h i s c o n i u n c t i u e

III .

E t c u m D e u s s i c f o r m a i m m a t e r i a l i s  
N e c s i c p e r e s s e n t i a m i n d i v i d u a l i s  
I d e m e s t E s s e n t i a D e i , q u o d e s t D e u s ,  
Q u o d n a t u r a , q u o d v i t a , q u o d D e i t a s e i u s ,  
H o m o & h u m a n i t a s n o n s u n t i d e m m e r e  
H o m o h a b e t h a c o s s a h a s q ; c a r n e s v e r e  
Q u a e d e f i n i t i o n e m n o n i n g r e d i u n t u r  
S p e c i e i , s e d h u i c h o m i n i i u n g u n t u r .

IV .

I d e m q ; E s s e n t i a q u o d & E s s e D e i  
H o c t r i n a r a t i o n e a d s c r i b e n d u m e l .  
N a m e s t p r i m a o m n i u m c a u s a , n e c c a u s a t a  
A b a l i o , n e c u l l o p r i n c i p i o n a t a .

Poten

otentialem habet nullam, quia  
Ab esse essentia quibus distinctius  
essentia ad esse illis comparatur,  
Velut si potentia ad actum ducatur  
certio, Deus entis continens primatum.  
Est ens per essentiam, non participatum.

V.

Iunc in nullo genere Deus est, tum siue  
Quod non species, seu quod non irreductiu*s*,

VI.

Nec accidentia vlla sunt in Deo  
Quia & potentia nulla est in eo  
Est actus simpliciter purus, estq*e* primum  
Ens simpliciter, suum & Esse intimum.

VII.

Et sic per supradictas firmas rationes  
Omnes a Deo pellas compositiones  
Sed est omnino simplex, quicquid reperitur  
In Deo, verus Deus hoc ipsum dicitur.

VIII.

Est incomponibilis cum alijs, quia  
Ipse prima omnium causa effectiva.  
Primoq*e* per se agit in entibus primum  
Simpliciter, ex nullo participatum.

Q V A E S T I O . IV .

De perfectione Dei.

A R T I C U L V S .

Perfectus summe Deus nam summe actuum  
Est primum principium nullo defectuum

**E**t tale principium non in actu tantum  
**Agnosce, sed in actu maxime in quantum**

**II.**

**P**erfectiones rerum omnium in Deo  
Sed eminentiori modo sunt in eo  
**N**am ipse Efficiens Causa est ad omnes  
In qua rerum omnium sunt perfectiones  
**H**inc quicquid in effectu est perfectionis  
Hoc in efficiente praexistentis ponis.  
Item: cum sit subsistens per se ipsum esse  
In hoc perfectiones ponere necesse  
Omnes essendi, tamen sub simplicitate  
Ratione, & purae uniformitatis.  
**Q**uia quæ in seipsis, sunt multiplicata.  
Aut diuersa, unum sunt in Deum relata

**III.**

**S**imiles aliquantum creaturæ Deo  
Participatum esse nam habent ab eo,  
Sed cum Deus in nullo genere locandus  
Nec in specie cum re ulla copulandus  
**Q**uando eius Ditino esse similantur  
Analogice tantum ipsum imitantur  
**V**i per analogiam ipsum quoque esse  
Cunctis rebus commune dicendum necesse  
Sed non Deus similis, nam longe diuersi  
Ordinis à fakturâ factor vniuersitatis

**QVÆ**

## Q V Æ S T I O . V.

### De bono in communi.

#### A R T I C U L U S . I.

**E**ns & Bonum sunt idem in realitate,  
Quia omne in tantum pollet bonitatem  
In quantum est ens actus: hinc dum sit perfectum  
Fit & appetibile: sed per intellectum  
Differunt, supra Entis nam conceptionem  
Bonum appetibile dicit rationem.

#### II.

Sed quia intellectus proprium obiectum  
Est Ens, & primo illud intrat intellectum,  
Hinc ens est prius Bono, iuxta rationem,  
Prius cadens in nostram intellectu.

#### III.

Omne Ens dicas bonum, nam dum reperitur  
Actu, quasi perfectum est & appetitur.  
Sed ens Mathematicum bonum non vocatur  
Quia in intellectu solo collocatur.

#### IV.

Bono finalis causæ ratio adiuncta,  
Quia bonum est finis quod appetunt causæ,  
Tamen præsupponitur ratio formalis  
Atq; efficiens causæ, quia talis  
Ratio quæ probatur in causando prima,  
Inuenitur in ipso causato ultima  
Vnde sic: in causando primum induetur  
Finis quo efficiens causa commouetur,

**D**einde efficientis actio quae mouet

**A**d formam cui tandem forma se admouet  
**S**ed totum è conuerso dicas in causato,

**P**rimò formā per quam quid est ens, collocato.

**D**einde ut sic in eo virtus effectiva

**A**c in esse perfecto similis factiva

**T**andem ratio boni illi adscribatur

**E**t per hanc perfectio in ente fundatur

**V.**

**I**n modo, & specie, & ordine, boni

**S**tat ratiō perfectum quia optat pōnt

**E**o statu, ut illi nil desideretur

**S**i numerus & pondus & mensura detur,

**VI.**

**P**er honestum, utile, & delectabile

**B**onum conuenienter est diuisibile,

**N**am his modis terminat appetitus motum;

**A** simili corporis naturalis notum.

**U**tile in aliud à se ordinatum


**H**onestum autem per se est desideratum.

**D**electabile tandem ex sui naturā

**D**at quietem, nec vlla te plus mouet cura,

**H**æc diuisio boni humani videtur

**P**ropria: tamen bono ut bonum est detur.



**Q V Ä S T I O. VI.**

**D**e Bonitate Dei.

**A R T I C U L V S. I.**

**B**onum esse conuenit Deo, nam est prima  
Rerum vniuersarum causa effectiva

**Appetit**

Vnde superficies corporis cuiusq;  
Non excedit, quin dicas, procedit huc usq;  
Et motus eius nisi cadat terminatus  
Non esset naturales inter computatus  
Aequum Mathematicum corpus, ubi datum  
Actu, mox est sub forma quanti terminatum.

IV.

Et sicut infinitum permagnitudinem  
Non est, sic actu non est per multitudinem  
Nam multitudo actu, tandem mensurata  
Venit certa specie numeri arctata,  
Licet in potentia non semper sit ita  
Quia diuisibile ut in infinita.

---

Q V Æ S T I O . VIII.  
De existentiâ Dei in rebus.

A R T I C U L U S ; I.

D Eus est quam intime in omnibus rebus  
In quibus vis naturæ sunt haec speciebus  
Nam causat & conseruat ipsum esse rerum  
Quod est intimum ut formale merum.  
Sed tamen non est Deus more accidentis  
Neque pars, sed tantum per modum agentis  
Dum sic in esse rerum semper operatur  
Per hunc omne est, per hunc omne conservatur

II.

Et est ubiq; Deus, in re ac in loco,  
Siue rem que est locus pro re sola voco

Siuè pro loco ipsot tamen non est opus  
Dum replet, ut replete locum sicut corpus.  
Sed Deum cuncta loca replere sit satis  
Quod dat, conseruat esse omnibus locatis.  
Quæ quando in hoc esse possunt remanere,  
Possunt etiam loca omnia replere.

III.

Trinum verò communem modum existendi  
Deus habet in rebus, seu dicas essendi,  
Primò dans esse rebus est per essentiam,  
Secundo: cuncta videns est per præsentiam.  
Tandem per potentiam, quia posse Dei  
Perfectè dominatur vniuersæ rei.  
His ergo tribus modis Deus effectiù  
Est in rebus: sed ultra hos est obiectiù  
In rationalibus, nam in cognoscente  
Est cognitum, dilectum est in diligente.  
Hinc in anima iusti spetiali modo  
Existit per gratiam, amorisq; nodo.  
Tum in CHristo diuine, modo super omnem  
Summe se communicans est per vniōnem.

IV.

Esse autem ubiq; & Per se, & Primò  
Hoc est solius Dei proprium omnino.  
Nil est sic præter Deum: licet infinite  
Responantur, in eis Deum loca rite.  
Et istud non conuenit vlli: corpus quosum  
Mundi totius, non est secundum se totum  
Vbiq;, sed per partes: & hoc non est esse  
Primò ubiq;, cui per partes necesse.

Quod

Quod si supponas granum milij, in rerum  
Naturā esse tantum solum, tunc est verum  
Quod per accidens esset ubiq; sed Deum  
Per se loca, quia Est, nec supponis eum.

## Q V Æ S T I O. IX. De immutabilitate Dei.

### A R T I C V L V S. I.

I Mmutabilis Deus, quia potentia  
Caret ut actus purus, Ens super entia.  
Tum quia simplex manet, ad nihil mouetur  
Qua compositione adiuncta mutetur.  
Tum quia infinitus, indiget nullius  
Plenitudinem Essē continens Totius.

### II.

Hinc non mutari, Deo proprium est vere.  
Nam creata aliter possunt se habere  
Tam Dei potentia, qui sicut conferre  
Essē rebus potuit, sic potest auferre.  
Tam quo ad potentiam ipsius met̄ rei,  
Dum est corruptibilis quod intimum ei,  
Siue qua mutatio ex fine causetur,  
Nempe per voluntatem, vel ex loco detur.

## Q V Æ S T I O. X. De Dei æternitate.

### A R T I C V L V S. I.

B Ona diffinitio hæc æternitatis,  
Nam hac notificatur diffinitum satis,

Eft

**I.** Æternitas interminabilis vitæ simul tota  
Perfecta possessio: quia non sit mota  
Principio vel fine, hinc non terminata,  
Successione carens tota simul data.

**II.**

Æternus ergo Deus, quia non mutatur  
Imo est æternitas sua, quod probatur  
Quia Deus est suum vniiforme esse  
Hinc ut sit duratio sua, est necesse.  
Cum autem creatura non sit esse suum;  
Et duratio tua non erit quid tuum,  
Sed Deus author tuæ est æternitatis  
Dum coercet vim fluxæ mutabilitatis.

**III.**

Proprium autem Deo est esse æternum,  
Nam immutabilitas eius quid internum.  
In creaturis vero participativa,  
Plusue minusue Deo assimilativa,  
Nam quædam licet ex se corruptibilia,  
Cum esse non desinent sunt durabilia,  
Ut terrat sed Angeli, & Beati chart  
Æterni & in esse, & in operari.

**IV.**

Tempus & principium & finem non nunquam  
Et partes suas habet, æternitas nunquam,  
Hinc est differentia sed accidentalis,  
Quia si motus cœli, sit semipernalis,  
Tempus mensurans motum perpetim duraret,  
Licet motum per partes tantum mensuraret.

Differunt autem per se, quia simul tota  
Aeternitas, temporis successiva rota  
Aeternitas mensura esse permanentis,  
Tempus vero mensura est motus fluentis,  
V.

Medio loco inter hanc aeternitatem  
Et inter tempus ponas æuternitatem,  
Nam habet principium, tamen sine fine caret,  
Vnde æuum medie differt ut apparet.  
Sed haec differentia est accidentalis,  
Adest altera per se seu essentialis  
Qua differt a tempore, quia esse quorum  
Non transmutatur, æuum mensura eorum.  
Et ab aeternitate differt, quia omnis  
Res quam æuum mensurat, transmutationis  
Licet non sit subiectum, transmutationem  
Attamen compatitur: vide rationem  
In caelis vel Angelis, illi transuersantur  
Loco, hi voluntate & loco mutantur.

VI.

Sit tempus unum tantum temporaneorum,  
Multo plus unum æuum est æuernorum  
Quia æuum quam tempus multo simplicius,  
Et ad aeternitatem multo propinquius.

---

Q V A E S T I O . XI.

De unitate Dei.

A R T I C U L V S . I.

Vnum transcendentalē supra ens nil addis  
Nil ens rationis, negatiū vadit

Solam

Solam detinans entis indiuisiōnēm,  
At omnis negatio ens per rationēm  
Imo vnum nil signans quām ens indiuisum  
Conuertitur cum ente, trāscendens, p̄cēsū.  
Tamen vnum numeri principiatium  
Realiter supra ens est appositiūm,  
Nam positiū & vi specialitatis  
Arctatur ad reale genus quantitatis.

II.

Vnum & multitudo sibi opponuntur  
Diuersam rationem namque sortiuntur  
Inde, indiuisio quod sit vnitatis  
At verō diuisio est pluralitatis,  
Nota vltra quod vnum p̄dīcamēntale  
Aliter opponatur quām trāscendentiale  
Quia vnum numeri principiatium  
Ac ut prima mensura initiatium i  
Multitudini velut mensura opponit  
Dum super mensuratum se mensuram ponit  
Numerus enim nil est aliud, quam data  
Multitudo, per vnum tandem mensurata.  
At trāscendens quando cum ente conuertetur  
Solo priuationis modo opponetur  
Dictæ multitudini: sicut indiuisum  
Opponitur ei quod per partes diuisum,

III.

Vnus est Deus, quia ens simplicitate  
Summum, non distinguitur multiplicitate.  
Item: quod infinitæ ens perfectionis  
Habet in se eam vim comprehensionis

Appetitur à cunctis, quia comparari  
Causæ cupit effectus & assimilari,  
At modus & species & ordo in Deo,  
Sunt tantum ut in causâ, fluentes ab eo.

II.

Summum bonum Deus est, & est extra genus  
Nec includitur rerum bonitatem tenus,  
Quia non est earum causa vniuoca,  
Sed eminentissima, tantum æquiuoca.

III.

Solus per essentiam bonus, quia omnem  
Solus per hanc habet in se perfectionem.

IV.

Bonitate diuinâ cuncta sunt bona  
Nam ab ipso effluunt bonitatis dona  
Vt à principio primo exemplari  
Effectuq; finali, cui assimilari  
Omnia est necesse, ipsum imitantur,  
Ac in ipsum ultimum finem ordinantur.  
Sed quia Deus per se ens & bonus manet,  
In hoc participare ipsum quantum valeat  
Creatura contendit, dum propriam formam  
Habet, & bonitatem iuxta eius normam  
Tenet quoq; propriam sibi inhaesue,  
Per quam bona ad Dèum est imitatiue.

Q V Æ S T I O . VII.  
De infinitate Dei.

A R T I C U L V S . I.

**I**Nfinitus est Deus, non infinitate  
Materialitatis, sed formalitate.  
Quia est suum esse subsistens, in nullo  
Receptum, neq; modo terminatum vlo.

II.

Nihilq; præter Deum dicas infinitum  
Simpliciter, nam omne illud est finitum  
**Q**uicquid habet per formam esse terminatum.  
Et receptum, taleq; est materialium.  
Et licet quædam forma non in materia  
Sit recepta, nec ex hoc finita, sed quia  
Est creata à Deo, tunc illius esse  
In essentiâ saltim recipi necesse.  
**A**t verò secundum quid, recte quid dicetur  
Infinitum, nam lignum quando continetur  
Sub forma terminata mensæ, tunc etiam  
Ad formas infinitas habet potentiam.

III.

**E**t ut per essentiæ suæ entitatem  
Nulla habet creata res infinitatem  
**S**ic nec magnitudinis est illimitatæ  
Nam cùm subiacet formæ iam determinatae  
Accidentia quoq; eius limitantur  
Quantitas atq; modus quando mensurantur  
**Vnde**

**V**t sic perfectionem totam comprehendat  
Essendi, quod similem vlli non concedat,  
**T**ertiò: quod vnitas mundi ordinata  
Melius sit ab uno in ordinem data.  
**E**t quod vnum est per se, sit causa vnius,  
At plura, per accidens causa sunt illius.

IV.

**M**axime Deus unus, nam ut supra visum  
Quod vnum sit verè ens, & ens indivisiū.  
**T**unc siquidem solus sit ens maxime Deus  
Maxime indivisa est entitas eius.

Q V A E S T I O . XII.

Quomodo Deus à nobis cognoscatur.

A R T I C U L U S . I.

**D**eus ut est maxime est cognoscibilis  
Nam maxime in actu pure visibilis,  
Hunc potest intellectus videre creatus,  
Nam alias non posset fieri beatus,  
**C**um stet beatitudo hominis ultima,  
In operatione eius altissimâ  
Quæ est intelligere: quod si hoc negatur  
Nostra beatitudo non in Deo datur  
Sed in quoquam altero, quod est contra fidem:  
Principium essendi qui est, beat idem,  
**E**t sic videndi ipsam Dei essentiam  
Naturalem habemus hanc appetentiam  
**Q**uia ubi effectus Dei cognoscamus  
Ipsam videre causam mox desideramus.

Videamus ergo Deū & hic aliquatum  
 Sed non sic ut in se est, per speculū tantum  
 Atq[ue] in ænigmate: tandem cum Beatis  
 Videbimus sicut est speculis ablatis  
**Tandem** & ibi nunquam ita videretur, *Tamen*  
 Ni intellectus noster ad hoc eleuetur  
 Viluminis gloriæ, similitudine  
 Confortatus pro tali consequendo sine,  
 Nam noster intellectus est participata  
 Similitudo Dei, lumine formata.  
 Licet ex parte Dei nulla possit dari  
 Similitudo, quia & repræsentari  
 Per nihil Deus potest res superiores,  
 Non videntur species per inferiores.  
 Tum quia essentia Dei ipsum esse  
 Est eiust atq[ue] ita dicendum necesse  
 Cum istud nulli possit creatæ quadrare  
 Formæ, nulla poterit id repræsentare.  
 Tum quod in circumscripta, super eminenti  
 Modo in se continet quicquid meæ menti  
 Potest significari vel quicquid creata  
 Mens quic intelligere per significata  
 At creatum patitur limitationem  
 Iuxta finitæ formæ terminationem.

## III.

Non tamen essentiam Dei corporalis  
 Sensus videt nam illa est spiritualis,  
 At sensus in organo corporis fundatur  
 Cui potentia actus proportionatur.

IV.

Solus hanc intellectus aptus est videre,  
Non per naturalia tamen sua mere  
Quia talis visio non est naturalis  
Creatis, licet Deo sit connaturalis  
Qui tantum solus suum est subsistens esse  
Solus illud sic ex se videat necesse.

V.

Intellectus creatus indiget creato  
Lumine à divinâ gratiâ causato.  
Nam ex se non sufficit ni disponeretur,  
Super addito, Deum non intueretur  
Disponit autem ipsum lumen claritate  
Dei factum: & donat deiformitate  
Tunc videt intellectus, essentia Dei  
Tunc intelligibilem formam se dat ei.

VI.

Atq; vnus altero perfectius videt  
Nam vnsquam alteri beato arridet  
Hoc lumen eò magis alta claritate,  
Quo desiderans arsit magis charitate.

VII.

Nullus tamen sic videns eum comprehendit  
Nam Deus in luminis metas non descendit  
Quod creatum aptat nos ad ipsum videndum,  
Quatenus attingendum nō comprehendendum  
Nam quod cognoscibile est in infinitum,  
Non clauditur perfectè in lumen finitum.

VIII.

Licet totum videant, non tamen totali  
modo, quia virtute ipsi non æquali,  
Vnde neç̄ omnia in Deo beati  
Vident pluralitatem effectus causati  
Nam ille comprehendit, qui & causam eius  
Comprehendit perfecte, quæ est ipse Deus.  
Quamvis obiectum ipsum, nempe Deus, clarè  
Quæ fecit, & quæ potest, quit repræsentare.

IX.

Id tamen quó clarius quisquam contemplatur  
Eò plures effectus ibi speculatur,  
Hiverò non videntur similitudine  
Propriâ, sed in Deo, ut in imagine.  
Nam similitudines rerum creatarum  
In Deo præexistunt, vnde & earum  
Speculum Deus clarum: beati videntes  
Illud, vident in eo & res apparentes.

X.

Vnde quicquid in verbo est beatis notum  
Sub similitudine vnâ vident totum,  
Nam per unam spiem nobis obiectatur  
Speculum, & in eo quod repræsentatur,  
Hinc alias non simul cadunt obiectiuè  
Quæ diuersa spie vadunt successiue  
Nam unus intellectus actu informari  
A diuersis non potest, sicut figurari  
Vnum corpus non potest à multis figuris,  
Sed post unam alijs ordine venturis.

IX.

### IX.

Nemo autem viator in statu mortali  
Deum p̄cessentiam videt, quia tali  
Visioni proprius naturæ debetur  
Modus, ut materiæ corpore priuetur,  
Anima autem nostra hic considerata  
Corpori cui vnitur manet alligata,  
Habens in materiâ esse corporali,  
Cognoscit quoque modo sibi naturali  
Ea tantum quæ formæ sunt materialis,  
Aut si quæ res per ea venit obiecta(s).

### XII.

Tamen per rationem suam naturalem  
De Deo notitiam sumit aliqualem  
Nam sensus principiant hic cognitionem  
Et exercent ad Deum manudictionem,  
Quando sensibilia monstrant atq; primam  
Esse causam conuincunt eminentissimam,  
Liceisi essentiam Det demonstrare  
Nequeant, nam nequeunt eam adæquare.

### XIII.

Cognitio de Deo per gratiam data  
Perfectior est quam quæ [per naturam] lata.  
Nam lumen naturale per illam iuuatur  
Dum lumine gratiæ plus illuminatur.  
Sæpe & phantasmatu format aptiora  
Ad Deum cognoscendum, atq; certiora  
Quam quæ à fallibili sensu abstrahunetur  
Sic Prophetæ clarius vidisse creduntur.

# Q V A E S T I O . XIII.

## De Nominibus Dei •

A R T I C U L V S . I .

Nomen Deo aliquod potest conuenire  
luxta quod intellectus hunc valet adire,  
At non per essentiam Deum nominamus  
Sed sicut concipimus, sic significamus  
Nam prout quid à nobis potest contemplari  
Ita ut est conceptum potest nominari:  
Hic autem cognoscimus non per essentiam  
Sed per remotiones, aut excellentiam  
Sicut ex creaturis in habitudine  
Principij, hinc tali similitudine  
Formatus intellectus voces mox depromit  
Quæ ut intellectuum signa clarâ ponit.

II.

Voces tamen quæ currunt per excellentiam  
Sunt nomina quæ signant Dei substantiam  
Nam sunt quæ absolute & affirmatiuè  
De Deo enuntiast: non quæ negatiuè  
Prædicata nimis rūm per remotiones  
Nec quæ ad creaturas sunt relationes  
Sed cum affirmo Deum esse sapientem  
Bonum, iustum, Viventem, vel Omnipotētem  
Hæ substantialiter Voces sunt prolatæ  
Licet deficienter, per abstractum natæ  
Ex creaturis Deum quæ repræsentare  
Contendunt prout possunt hunc participare.

III.

III.

Hinc propria de Deo nomina dicemus  
Quæ à perfectione rerum abstrahemus  
Quia diuitiatis hæc proprietatem  
Et maiestatis eius notant veritatem  
Non propria tamen ad modi rationem  
Sed quoad rem cuius dant nominationem  
Nam summe rem perfectam ignobiliori  
Dant titulo & modo imperfectiori.

IV.

Hæc autem nunquam erunt synonima sibi  
Diuersas rationes nam nominant ibi  
Licet circa simplicem vnam rem versantur  
Ex diuerso conceptu diuersificantur.  
Siquidem hic diuersæ sunt perfectiones  
Quamvis in Deo ipso sunt vniæ omnes

V.

Nota ultra: quod cuncta ista prædicata  
Quæ de Deo & rebus creatis prolata  
Analogice tantum de Deo dicuntur  
Simul cum creaturis: quia desumuntur  
Non simpliciter iuxta vnam rationem  
Nec omnino diuersam: sed proportionem  
Vnius ad alterum: hinc non vniuoca  
Sunt illa: neq; item pure æquiuoca.

VI.

Prius tamen hæc ipsa de Deo dicuntur  
Quantom ei propria esse agnoscuntur  
Nempe agnita quoad rem significatam  
In qua perfectionem omnem scis fundatam,  
Non enim est perfecta C<sup>4</sup> tantum causaliter, Verum  
Est perfecta etiam esse realiter,

**V**erum quantum ad ipsam impositionem  
Nominum, quando rerum per cognitionem  
**A**d ipsum posterius deuenimus Deum  
Sic per hæc posterius nominamus eum  
Sic sunt metaphorica sive translativa  
Per similitudines Dei, expressiva  
Quia analogice currunt per respectum  
Ad unum reductiuē, quod manet in seculum  
In definitione cuiusvis, quæ data  
Est ratio, per nomen sic significata  
**V**nde oportet prius de eo dicatur  
Quod per nomen proprium hoc significatur  
Velut hoc nomen leo prius de leone  
Est nomen, nam proprium definitione,  
**P**er posterius autem dicitur de Deo  
Dum assimilat gesta fortia ab eo,

VII.

**N**omina quæ ad extra signant actionem  
Et Dei ad creatuā dant relationem  
**N**on dicuntur de Deo ab æternitate  
Sed in temporis surgunt mutabilitate  
Quia relationem tantum rationis  
Dicunt ex parte Dei operationis  
**V**t columna dextra sit tibi animali  
Si te ei opponas regione tali.  
**M**ox in te realiter est relationis  
In illa reductio tantum rationis  
**N**am non illa mutatur, tu ipse mutaris  
**S**i pro dextro sinistre ei opponaris

Sic cum res incipiunt Deus non mutatur  
Dominus sit tempore ex quo dominatus  
Sed ad hunc ex natura creaturae omnes  
Referuntur in quibus sunt mutationes  
Tamen nota: nomina quae relationem  
Desigant consequentem intra actionem  
Seu haec sit intellectus seu sit voluntatis  
Dicuntur ab aeterno, istud clarum satis,  
Quia intelligentis & volentis stante  
Actu operatio stat in operante

VIII.

Nomen Deus est nomen operationis  
Quantum trahit vim suae nominationis  
Ex ly prouidentia: quia prouidere  
Est circa vniuersa operari vere  
Quantum autem ab ista operatione  
Est assumptum pro Dei nominatione  
Tunc est nomen naturae, cum sic imponatur  
Ut natura Diuina per hoc exprimatur  
Sic lapis dicit tantum pedis laesionem  
Quantum laesiuam pedis species actionem  
Attamen cum a pedis sumptum laesione  
Imponatur pro laxi nominatione  
Tunc ipsam substantiam, atque ipsam puram  
Nominans significat lapidis naturam,

IX.

Nomen Deus proprio non communicatur  
Quia natura Dei non multiplicatur  
Licet communicetur per opinionem  
Iuxta quorundam falsam hanc religionem

**Qui plures putant Deos, sui seductiui  
Hi Di non naturā sed sunt putatiū  
Per similitudinem quoq; potest dari  
Id communicabile, quod communicari  
Potest proprietatis suae ratione  
Inclusae sub nominis sui notione  
Sic quenquam à simili Achillem vocabis  
In quo fortitudinem Achillis laudabit.**

X.

**Istud autem ly Deus, tam communione  
Participationis quam opinione  
Non erit vniuocē de Deo prolatum  
Nec vnuquam æquiuocē purē praedicatū  
Sed ut analogicum quia ratione  
Non eadem nec fertur diuersa per omne**

XI.

**Nomen, quiescit, maxime est proprium Deo  
Tum quia ipsum esse exprimit in eo  
Quod esse est ipsamet essentia Dei  
Nec ab aliquā formā istud nomen ei  
Tum quod ly qui est, minus est determinatum  
It absolute & ut cōmune prolatum.  
Esse autem Dei est infinitum esse  
Hinc absolute ei adscribi necesse  
Tum quod ly qui est, dicit esse in præsenti  
Quod esse semper præsens, da aeterno enti.  
Nam in hoc præteritum non est, nec futurum  
Quem nil fuit immutans, nil immutaturum.**

XII<sup>o</sup>

**Affirmatiuæ possunt propositiones**

Veræ esse de Deo, nam conceptiones

Diversas est necesse de Deo formemus,

Quem ut simplex in se est nosse non valemus.

Dum ergo sub diverso conceptu est notus

Ad prædicatum & ad subiectum fit motus

Quæ secundum conceptum significant quidem

Diversum, nihilminus secundum rem idem,

Deinde terminorum hanc pluralitatem

Intellectus componēs dat in unitatem

Atque subdit copulam affirmationis

Et format veritatem propositionis,

Fides hoc ipsa docet, affirmans viuentem

Deum esse, vel unum, vel Omnipotentem.

## Q V A E S T I O . XIV.

### De Scientia Dei.

#### ARTICVLVS. I.

**S**Cientia in Deo summa, nulli talis,

Nam solus summo modo immaterialis,

#### II.

Se per se intelligit, nam nihil in Deo

Potentialitatis, sed quicquid in eo

Est actus purissimus, hinc in tali ente

Idem est intellectum cum intelligentie.

#### III.

Se totum comprehendit, plene ac perfecte,

Nam ut cognoscibilis est, se novit recte,

Cum tanta virtus Dei sit in cognoscendo.

Quanta actualitas sit in existendo.

IV.

Eius intelligere, substantia eius est

Non enim perficitur ab alio Deus

Ac eius intellectus & intelligere

Et species in illo, idem Deus mere.

V.

Scit & alia a se, nam perfecte nouit

Se & virtutem quae te & omnia mouit

Scit te non in seipso vel specie tua,

Sed in seipso & in essentia sua.

IV.

Et cuncta non communi nouit notione

Sed propriâ, quia scit quâ distinctione

Inter se distinguuntur seu quia in Deo

Singula præexistunt perfecta ab eo.

VII.

Nec eius scientiam dicas discursuam

Quia ille non habet unquam successuam

Nec ut causalitatis infert rationem

Quæ est ex principijs ad conclusionem.

VIII.

Est quoque causa rerum scientia Dei

Quia est principium effectuum rei

Sed simul cum adjunctam voluntatem ponis

Et sic sit scientia approbationis.

IX.

Imo & non entia clare patent Deo

Quia cuncta scit quoquo modo sint in eo.

Seu

Seu actu, seu in eius actiuo, vel rei  
Posse passiuo, astant ab æterno et.  
Duplexq; scientia visionis tantum  
Et intelligentiae simplicis, in quantum  
Ad primam referuntur quæ sunt actu vnquam,  
Ad secundam reduces quæ sunt actu nunquam.

X.

Scit quoq; mala Deus, quia rem scit plené  
Et quod accidit rei bonæ calleat bene.  
Sed hæc mala non per se, at per bona nouit,  
Nam malū non est per se, dum priuat, se ponit.

XI.

Scit & singularia, nam perfectiones  
Rerum quas sciens causat in se habet omnes.

XII.

Infinita scit actu, nam scit suum posse  
Et suum, visionis hoc appellat nosse  
Nam res rationalis æternè durabit  
Infinitosq; actus in se cogitabit  
Scitq; & vt inter se sunt separatiue  
Nam similitudinem habet distinctiue

XIII.

Nec solum ea scit quæ sunt necessaria  
Sed cuncta quæ futura sunt contingenta  
Nam Dei intuitus simul speculator  
Omnia ab æternis prout quicquam datur  
Successibilitate in suâ essendi,  
Hinc non est successiva hæc vis cognoscendi  
Cuiuscire mensuratur per æternitatem  
Quæ totius temporis ambit quantitatem.

Præfene

Præsentialitatem monstrans creaturæ  
Et non vt præteritæ neq; vt futuræ.  
Hinc ista scit non solum in causis eorum  
Vel ut in se præhabet rationes horum  
Sed & ut in seip sis sunt in actu data  
Præsentia, ad utrum iam determinata.

XIV.

Enunciabilitia quæ vel diuidendo  
Possimus nos formare siue componendo  
Et Deus scit perfectèt non diuisionis  
Tamen modo nec modo compositionis  
Nam ut materiale, immateriali,  
Compositum, simplici scit modo, sic tali  
Enunciabilitia, à diuisione  
Alieno & absq; compositione.

XV.

Nec scientia Dei potest variari.  
Prout & ipse Deus nequit immutari  
Nam sciētia eius substantia eius  
Quia quod est in Deo est ipsemet Deus  
In quo scriptura negat transmutationem  
Et vicissitudinis obumbrationem.  
Nec obstat quod ab eo scita variantur  
Nam in seip sis & non in eo mutantur

XVI.

Scientia quam Deus de se habet mere  
Speculatiua tantum quia non est de re  
Vt quam operabili: sed speculatiuam  
De operabilibus habet & factiuam,

Qui

Quia eas cognoscit, tum ad quidditatis  
Modū, tum prout sumunt vim finalitatē.  
It in illas quas Deus scit & nunquam facit  
Ex fine speculantem non practicām iacit.

## Q V A E S T I O . X V .

### De Idæis.

#### A R T I C U L V S . I .

I Dæas sive Formas in mente diuina  
Ponito, nam iuxta has est rerum factiua  
Nam ut exemplar rei, quam cognitionis  
Sunt principium negans casum actionis.  
Hinc totum vniuersum non a casu datum  
Sed ab intelligenti Deo est creatum  
Qui similitudinem mundi ab æterno  
In se habet, quam donathoc esse extero


#### II.

Vires autem Idææ quia vniuersi  
Ordo poscit Idæas numeri diversi,  
Nam plures rationes sunt ideatorum  
Dum propriam postulat quodlibet eorum.  
Sicut ædificator domus ordinatæ  
Speciem non concipit ni cuiusvis datae  
Partis, sciat propriam eius rationem  
Quæ spectat ad totius ordinationem.  
Non tamen ista plura Dei vnitatem  
Multiplicant, aut scindunt quid simplicitatem,  
Nam in Deo idææ hæ omnes collectæ  
Rationes sunt, ut quod, non quo, intellectæ  
Et non

**E**t non ut formæ per quas intelligat Deus  
Nam sic esset multiplex essentia eius.

III.

**E**t sic omnes in Deo res habent idæas  
Fixas in mente eius qua cognoscit eas  
Quædam quæ principium sunt cognitionis  
Aliæ principium sunt & fæctionis  
Illæ in scientiâ sunt speculatiuâ  
Istæ in scientiâ sunt operatiuâ  
Nam ultra quod sciuntur, ad actum vocantur  
Extra, exemplaria inde appellantur.



## Q V Æ S T I O. XVI.

### De Veritate.

#### ARTICVLVS, I.

**P**Rimum in intellectu veritas fundata

Secundariò in re scitâ sit locata

Quia ab intellectu in rem deriuatur

A quo Divino ipsa quoq; res causatur,

Sic veræ dicuntur res artificiatæ

Dum sunt ad intellectum nostrum comparatae

Sicut & naturales res veras dicemus

Quando ad intellectum Dei referemus.

Ad nostrum per accidens, sed per se ad Dei

Quia ille totalis causa omnis rei.

II.

Circa quod quid est atq; rem simplicem mere

Non est veritas, nec in intellectu, nec re

Propri

Proprie nec in sensu: sed in componente  
Fit nostro intellectu, atq; diuidente.  
Nam talis apprehendit sic conformitatem  
Sui ad rem, & ita noscit veritatem.

### III.

Cum Ente conuertitur Verum adæquate  
Ut in suâ acceptum est communitate  
Quia tale per ipsam sui rationem  
Habet rectum ordinem ad cognitionem.  
At vnum quodq; quanto acceptat deesse  
Tanto cognoscibile sit quoq; necesse.  
Vnde Aristoteles animam agnoscit  
Quodammodo omnia, nam cuncta cognosentur.  
Et ut appetibilis Bonum rationem  
Dat supra Ens, sic Verum comparationem  
Ad intellectum supra Ens addit, dum ei  
Cognoscibilitatem superaddit rei.

### IV.

Bonum & Verum, Entis per conuersionem  
Idem sunt supposito: sed per rationem  
Differunt, quia verum concipimus prius  
Atq; prout videtur Enti propinquius  
Tunc verum simpliciter & immediate  
Respicit ipsum esse, Bonum mediate  
Cum Bonum cosequatur esse quando datur  
Appetibile, ad quod voluntas feratur  
Iterum prius verum, nam cognitiones  
Prius natura quam sive appetitiones.

## V.

In Deo autem summam ponas veritatem

Ad cuius intellectum res conformitatem  
Habet summam, nam ille rem sic apprehendit

Vt in se est, præter utrā causis descendit  
Quinimò veritatem ipsam dicas eum,

Nam quicquid est in Deo, ipsum voca Deus,  
A quo res omnes esse habent derivatum,

Autipse suum esse, non participatum,

Suum intelligere idem, quod mensuram

Et causam se dat super omnem creaturam

## VI.

Analogice autem sumes veritatem

Si & nostram & Dei des in paritatem

Quia Deo conuenit iuxta essentiam

Propriam, at nobis per participantiam

Sicut & intellectus diuinus est unus

Vt eius essentia, sed nobis vt munus

Diversus, hinc multiplex, in quo veritates

Plures sunt iuxta plures & conformitates

Licet omnes in nobis sint vniuersatae

Eadem ratione cunctis prædicatœ

Sub qua tot intellectus & diversi quidem

Cognoscunt conformiter quid obiectum idē.

Et unus intellectus plures in se poscit

Veritates, dum unus diversa cognoscit.

Quod si de veritate quæ manet in rebus

Loquam nr, tunc relicts multis speciebus

Sunt veræ istæ omnes vnâ veritate

Primâ, quæ conuertitur cum diuinitate

Cui

Cum vnumquodque iuxta suam entitatem  
Adaptari contendit in conformitatem.

VII.

Sola quoque veritas illa est æterna

Quæ increata sedet in mente supernâ  
Nam solus est æternus Dei intellectus

Null tam principio quam fini subiectus  
At nostri intellectus veritas creata

Esse caput, tempore hinc est limitata  
Sedens in intellectu (qui stat subiectuè)

Formaliter: in voce enunciatiæ.

VIII.

Immutabilem quoque dicas veritatem

Illam tantum quam credis Dei Deitatem.  
Nam Dei intellectus in conformitate


Est ad res intellectas ab æternitate  
Neque opinione nullus alteratus

Neque dum res mutantur ipse quid mutatus.  
At nostri intellectus variationem

Habent tam ex re quam & per opinionem  
Quia non veritas est permutationis

Subiectum, sed res, aut vis intellectioñis.  
Hinc multum diminutæ nostræ veritates

Post verum proceduæ in tot falsitates.



Q V Ä S T I O. XVII.

De Falsitate.

A R T I C U L V S. I.

S impliciter & per se artificiales

Res falsæ dici possunt nam harū causales

**Intellectus humani qui sunt errantii**

**Atq; à forma artis multum defectiuū**

**Res autem naturales falsæ non dicuntur**

**Quia ab intellectu Dei producuntur**

**Licet eas accidat falsas nuncupari**

**Secundum quid nimirum quando comparari.**

**Eas ad intellectum accidit humanum**

**Quidum ipse fallitur opinatur vatum.**

**II.**

**Falsitas sit in sensu, nam ille frequenter**

**Formam scit sensibilis in conuententer**

**Dum ex organi prava dispositione**

**Mentitur sibi suā apprehensione**

**Vnde & per accidens, & per se, in sensu**

**Cadit falsitas iuxta quam quid apprehensum**

**Non tamen sic quod sensus noscat falsitatem**

**Sicut nec ipsam noscit ille veritatem**

**Nam nosse vera, falsa, est hoc componentis**

**Intellectus proprium, atq; diuidentis.**

**III.**

**Circa quod quid est, per se simplex intellectus**

**Falli nequit sed ex se ad verum sit rectus.**

**Nam similitudinem ipsum quod quid rei**

**Recte obiectat ut est cognoscendum ei**

**Hinc circa quod quid, iusta currit p̄fritate q**

**Intellectus, & bona in conformitate**

**Sicut ad suam formam res it naturalis**

**A qua nunquam deficit in quantum est talis**

**Sed ille qui diuidens est & qui componens**


**Dum tribuit cognitæ rei quid opponens**

**Vel**

**V**el non consequens eam vel separans male  
Hinc per se falsus erit circ̄z aliquid tale.

**IV.**

**V**erum & falsum norā illa ratione  
Contrarij, se tollunt oppositione  
**Q**uia subiectum idem determinant sibi  
In quo aliquid ponunt significans ibi  
Hinc per hoc contrarium à Negatione  
Differt & malignanti à Prinatione  
**N**am priuatio quamvis scit determinare,  
In subiecto ponendum tamen nescit dare,  
**A**t negatio tandem neutrum id facit  
Nihilum de non ente & de ente facit.



**Q V Ä S T I O . XVIII.**

**D**e Vita Dei.

**A R T I C U L U S . I .**

**I**lla viuunt proprieqvæ vitam innatam  
Per motum ex se ipsis dapt manifestant  
Seu sumas motum, actum imperfecti enim  
Id est, in potentia adhuc existentis  
Seu iam vt est perfecti, prout & sentire  
Atq; intelligere, est motum inire,  
Assimilitudine, viua sunt vocata  
Quæ motu alieno sunt continuata  
Sicut aquam fluentem sic viuam vocamus  
Quousq; generante causa non priuamus  
Atq; aquæ mortuæ illæ cisternarum  
Dicuntur, nam sunt stantes vi & lacunatum

II.

Vita ergo est ipsa substantia rei

Quæ se mouet proprie istud quadrat et

Nam ut rem apprehendit noster intellectus

Sic & in nominanda illa fit detectus

Et quamvis apprehendat per proprietates,

Et ab extra patentes rei qualitates

Tamen per illas vocat essentias rerum

Ad hoc principaliter formans nomen verum

At interdum applicat pro proprietate

A qua desumit, minus sed iam applicate

Vnde usurpatius iuxta rationem

Vitam potes vocare operationem

Quæ vitam consequitur, nec substantiale

Prædicatum hoc erit sed accidentale

III.

Deo conuenit vita modo principali

Quia se mouet motu intellectuali

Non motus ab alio, ex se operatur,

Vita perfectissima hinc manifestatur.

IV.

Ex hoc cuncta creatæ sunt vita in Deo

Quia ut intellecta sunt cuncta in eo

Cuius vivere, ipsum est intelligere

Et res, ut intellectæ, vita Dei merè.

---

Q V Æ S T I O. XIX.

De Voluntate Dei.

ARTICVLVS. I.

VOluntas est in Deo, quia intellectum

Habet, quem consequitur illa per directum

Et sicut

Et sicut naturalis res esse in actu  
Habet per suam formam, ad quam sit in tractu  
Per appetitum, seu per inclinationem  
Sic quoque intellectus per speciem omnem  
Seu intelligibilem formam sit in actu  
Ad quam ut perfectiuam, & ipse in tractu  
Per inclinationem, dictam voluntatem  
Ob rei cognoscentis altam dignitatem,  
Sed cum velle notet quid imperfectionis  
Atque nondum fruentis vim possessionis  
Tale indigum velle de Deo negamus  
Sed quod est iam seipso fruens, affirmamus  
Quia in se volito, & volitione,  
Etiam habito, gaudet delectatione.

II.

Nec tantum se vult Deus suâ voluntate  
Vult & alia a se, quia bonitate  
Pollet perfectissima, quæ est diffusa  
Sui ipsius, atque communicativa.  
Nam hoc voluntatis est sic communicare  
Bonum suum quod habet prout potest, dare  
Ut & res naturales quantum sunt potentes  
Bonum diffundunt nec sunt in se quietescentes  
Nam omne agens ut est actu & perfectum  
Ex se facit simile sibi per directum  
Persimilitudinem sic quoque cunctis datur  
Perfectio a velle Dei derivatur  
Sed tamen bonitates rerum creatarum  
Vult Deus proprias suam, nam ista illarum

**E**t præcipua, per quam vult ut finem sese  
Ad quem ut ordinetur cuncta est necesse.

**III.**

**V**ult cuncta sed non cuncta ex necessitate  
Nil nisi necessitatis in disparitate,  
**N**am se vult absoluta, quia principale  
Et proprium obiectum ac essentiale  
**D**ivinae voluntatis, est ipse met Deus  
Seu bonitas propria & natura eius  
**P**rouit necessarias potentias omnes  
Ad obiecta proprias inclinationes  
**H**abent, per absolutae ultimae necessitatis  
Sic visus attrahitur semper coloratis  
**A**lia autem a se Deus voluntate  
Vult libera nec clausa sub necessitate  
**N**am omnis creatura est omnino sine  
Nexu necessario cum ultimo fine  
**S**ed dum uelle supponis tali ratione  
Vult per necesse ~~et~~ hac suppositione . ex  
Socratem si supponas quod sedeat vere  
Quando sedet necesse est ipsum sedere.

**IV.**

**R**es omnes causat Deus sua voluntate  
Et non dicas naturæ ex necessitate  
**N**am agens per naturam, in inferiori  
Manet ordine, quia a superiori  
Intellectu, & finem prædeterminatum  
Et medium conducens sumit ordinatum  
Sicut a sagittante prædeterminatur  
Finis sagittæ, atque modus adaptatur.

**Sed**

Sed Deus agens primum, ergo voluntate  
Ac sui arbitrij agit libertatem.  
Secundot naturale, non est productivum  
Multorum, sed quid tale, talis est motuum.  
Nam uno tantum modo valet operari  
Natura, ni accidat quid prauaricari.  
At iuncta voluntate Dei intellectus  
Multiplices diuersos producit effectus.  
Cui esse infinitum, & perfectiones  
Essendi solus in se contineat omnes  
Nis forte in essendo causet infinitum  
Quod est impossibile, prout supra scitum.  
Tertior cum effectus ad modum causarum  
Præexistat in causis, & Deus illarum  
Sit prima, cuius esse est ipsummet vere  
Intelligere: ergo & effectus mere  
Per intelligibilem modum idæati  
Extra per voluntatem procedunt causati.

V.

Cur Deus velit, causa non potest ostendit  
Nam qui semper unico vult actu volendi  
Tam finem quam & quæ sunt ad finem relata  
Tunc illius voluntas à nullo causata.  
Siquidem nihil causa est suipius  
Non erit causa sibi & velie illius,  
Et ut in essentiâ propriâ, immersa  
Vnico intelligit actu vniuersa:  
Ita vnicum actu vult in bonitate  
Propriâ quæ causantur eius voluntate

Tamen dicitur quod in finem velit ordinare

Media quae ad finem dicuntur spectare,  
Ita quod velit, propter hoc & illud esse,

Sed ut ob hoc velit hoc iam non est necesse.

VI.

Hanc voluntatem, semper adimpleri verum

Nam est uniuersalis prima causa rerum  
Cui iuxta suam formam debent conformari

Effectus, atque licet a particulari

Forma quid deficiat, tamen a totali

Deficere non potest aut uniuersali.

Sic quod, quid non sit homo potest impediti

Sed quod idem non sit ens, nequit inueniri.

Ita a voluntate Dei, delinquendo

Recedit quis, quam tamen incurrit luendo.

VII.

Immutabilis Dei voluntas omnino

Quia immutabilis substantia, immo

Et scientia eius nam tunc se mutaret

Voluntas, in duobus si se variaret

Si velle inciperet quod ante nolebat

Aut velle desineret quod ante volebat.

Tunc esset mutatio aut cognitionis

Aut suae substantiae dispositionis

Ita nos incipimus nosse, & optamus

Bonum conducens, ante quod ignorabamus

Vel aliquid incipit nobis nunc prodesse

Quod ante non profuit, sed Diuinum Esse

Et scire, a nulla re potest variari

Ergo neque voluntas unquam immutari.

Tamen

Tamen, hac voluntate immobili stante  
Potest velle, ut sint res statu se mutante,  
Adeo, ut nunc fiat istud positiuum  
Fiat post opposite idem priuationum.

VIII.

Non omnibus voluntas haec necessitatem  
Imponit, sed plurimis saluat libertatem,  
Quia, verum est quidem, causam efficacem  
Maxime esse Deum, cuius & lequacem  
Effectum est necesse, tam ad vim essendi.  
In rebus, quam etiam ad modum fiendi,  
Tamen & contingentes proximas creavit  
Causes, ac uniuersum ita temperavit  
Ut sumat complementum, ex sic ordinatis,  
Contingentiae simul & Necessitatis.

IX.

Nullum Deus vult malum per se, quia omne  
Malum appetibilis caret ratione  
Et fugit appetitum, tam & naturalem  
Quam intellectualem, quam & animalem,  
Sed malum per accidens, quod Bono ut rati  
Haeret coniunctum, modo vult accidentaliter  
Rerum generatio cum sit illi curae  
Tunc vult priuationes, mala haec naturae  
Et quia iustitiam amat punientem  
Tunc vult & mala pax super delinquentem  
Per accidens hoc autem, nec appeteretur  
Malum & sic, ni ipsi bono iungeretur.  
Culpae malum, hoc quoque per accidens cadit  
Sed ad illud voluntas Dei nunquam vadit.

**Quia tale coniunctum est deformitati,  
Et fronte opponitur Dei Bonitati.**

**X.**

**Liberum arbitrium voluntas diuina  
Habet, nam in creatis agit electiva  
Et Boni sui rebus donat largitatem  
Iuxta beneplaciti sui libertatem.**

**Quod autem ex instinctu tantum naturali  
Agit, hoc non eligit, sic in animali.**

**XI.**

**Est in Deo voluntas Signi appellata  
Præter Beneplaciti dictam, segregata.  
Quia quod in scripturis legimus de Deo  
Iure istud ponere possumus in eo.  
Vna quidem voluntas Dei, passiones  
Sed nostræ multiplicant prædicationes  
Ad eó, dum quid nobis signat passionem  
Hoc in Deo nomen h[ab]it per translationem.  
Et quæ in nobis signa sunt plura volendi,  
Hæc plures voluntates in Deo ponendi  
Dant nobis metaphorast sic & pæna dira  
In nobis signum iræ; sed in Deo ira.  
Tamen si impropiè Deo assignamus  
Iram, sed voluntatem proprie locamus  
Quæ voluit hanc pænam, quasi procedentem  
Ex ira, & per iram mala punientem.  
Beneplaciti ergo voluntas est Dei  
Propria: sed hanc signi nos dicimus ei⁹**

**XII.**

Quinque autem sunt signa Dei voluntatis  
Nam velle nostrum quinque modis claret satis,  
Praecepto, Consilio, Operatione,  
Et Prohibitione, & Permissione.

## Q V A E S T I O. XX.

### De amore Dei.

#### ARTICVLVS I.

Necesse est ponere in Deo amorem  
Motum appetitium virtutis priorem  
Nam in quo est voluntas, statim primo ponit  
Est necesse amorem, ut sequacem boni.

#### II.

Hinc vniuersam Deus amat creaturam,  
Nam ut existunt habent bonitatem puram  
Quae a Deo causatur: at nos dum amamus  
Hanc verum bonitatem nequaquam causamus  
Sed ab ea mouemur, sicut ab obiecto  
Conservarique eam cupimus in recto.

#### III.

Magis autem diligit Deus meliora  
Quia & bona quoque eis vult maiora  
Licet ex parte sui, actu voluntatis.  
Simpliciter atque uno bona vult amari  
Neque enim altero vnum causaretur  
Quid melius, si non plus quoque amaretur?

#### IV.

Atque semper sic amat, quia voluntatem  
Habet ipse quae causat rerum bonitatem.

Vnde

Vnde quanto plus ei similius datum  
Tanto melius, tanto Deo plus amatum.

Q V A E S T I O . X X I .  
De iustitia & misericordia Dei.

A R T I C U L V S . I .

I  
Vstitia in Deo non commutativa  
Qualis inter creatura, sed distributiva  
Quia ille a nullo sumit mutuatum  
Quod posthac retribuat ut communicatum  
Sed cunctis distribuit, sicut gubernator  
Cuique iuxta suam dignitatem dator.

II.

Ethæc distributiva, veritas vocata  
Quia sapientia Dei conformata  
Quæ est lex & regula ordinationis  
Rerum ad intellectum adæquationis.

III.

At misericordia inter attributa  
Summe ei competit: quam non tamen puta  
Secundum passionis miseræ affectum  
Sed nostri miserentis secundum effectum  
Defectum nostrorum dum est expulsus  
Perfectionum item ab illo datiua  
Nec ab hoc iustitia eius relaxata  
Imo plenitudine superexaltata  
Sicut si alicui cui debentur centum  
Denarij de suo donet quis ducentum

Auf

**A**ut cui in se delicti der remissionem  
**S**ic iuxta Apostolum dat donationem.

**IV.**

**I**n cunctis operibus Dei inuenitur  
Ista cum veritate, cui semper unitur  
**N**am misericordia & veritas viæ  
Omnes dominicantur Davidicæ piæ  
Et Diuinæ elucet in cunctis creatis  
Ordo Sapientiæ & vis bonitatis  
**I**n ordine debitum iustitiæ soluit  
Contra quem nihil unquam iniqui truolunt  
**B**onus autem dona dans, nec necessitatus  
Misericordiarum Pater appellatus  
Tamen plus iustitia patet in damnatos  
Et misericordia in iustificatos  
**L**icet Deus iustus sit tam regnis Cœlorum  
Quam idem misericors pennis inferorum

**Q V Ä S T I O . XXII.**

**D**e Prouidentia Dèi .

**A R T I C U L V S . I.**

**P**rinceps Deus & prudens iuxta mentem viuā  
Habet prouidentiam res ordinatissimam  
**N**am in illo ratio est disponendorum  
Ac in ultimum finem præordinandorum  
**C**um hoc sit prouidere, hoc esse prudentem,  
Ad finem respicere qui est iuxta mentem  
**S**ed in natura Dei ordo is negatus  
In finem, cum sit ipse finis ultimus

II.

Huic Prudentiae omnia subiecta,  
Et singulis nam cuncta a Deo profecta  
Ut ab efficiente, sed omnis agentis  
Est agere ad finem: quid Intelligentis?

III.

Terram ille & quicquid cælum in se tegit  
Per se ipsum condidit, per seipsum regit  
Immediate cunctis prouidens superne  
Qui est immediatus omnibus interne  
Nam & minimæ rerum, sine qua cunctæ datae  
Ab ipso sunt ad finem Deo ordinatae  
Vnde solus ordinis quoad rationem  
Prouidet licet quoad executionem  
Regat bonus medie haec inferiora  
Vigubernationis per superiora  
Quod tamen non sit vlla vi necessitatis  
Sed ex abundantia eius bonitatis

IV.

Immo Prouidentia Dei illis tantum  
Necessitatem rebus imponit in quantum  
Ipse necessariæ sed quæ contingentes  
Prouidentur ab ea ut sunt accidentes  
Perfectum universum nam potest ostendit  
Tunc, rerum omnes gradus dum habet esse di.

Q V Æ S T I O . XXIII.

De Prædestinatione.

V R T I C V L V S . I.

Prædestinat homines: nam rationalem  
Creaturam in finem supernaturalem  
Transmis

Transmitemendi prouidam habet rationem  
Quam missionem, puta destinationem.  
Ad signum uti nequit venire sagitta  
Nisi à sagittante transmittatur: ita  
Homo ad statum vitæ semper duraturæ  
Non potest peruenire viribus naturæ  
Nisi ut scriptum est: Quos prædestinauit  
Hos etiam ad vitam æternam vocauit.

II.

Hæc prædestination in prædestinatis  
Nil ponit, sed in solo est Deo, nam scilicet  
Patet supra, ordinis rerum rationem  
In solo esse Deo, executionem  
Tantum esse in rebus. Atqui Prouidere  
Prædestinationem habet partem merè  
Dic ergo quod hæc ipsa prædestination  
Est in mente diuina existens ratio,  
Cuius executio in Deo actiue  
At in prædestinatis non nisi passiuē.  
Et ut Prouidentia executionem  
In præmissis appellas gubernationem  
Sic executionem in Prædestinare  
Appellabis, vocare, & magnificare  
Nam quos prædestinavit, istos & vocauit  
Et quos vocauit istos & magnificauit.

III.

Reprobat quosdam Deus, nam quosdam defectus  
Permitte, permittendos vult ordo perfectus  
Prouidentia Dei: quos ergo saluare  
Veller, si nolunt, sinit viro deuiare.

B

Hinc

Hinc priuatos iuuantis gratiae virtute  
Permittit deficere a sua salute.  
Ut prædestinatio adiuuat saluandos  
Ita reprobatio præscit hos damnandos  
Sed hæc præscientia reprobationis  
Culpam non facit nostram, sed damnationis  
Iustam pro culpâ paenam habet inferendi  
Voluntatem, ut culpam quoq; permittendi.

IV.

Eliguntur a Deo, qui prædestinati,  
Nam boni, sunt a Deo Optimo, amati.  
Vnde cum velle eius hanc dilectionem,  
Habeat, habet inde & electionem.  
Et sic in Deo (nostram iuxta rationem)  
Dilectio præcedit hanc electionem  
Nam qui prædestinati, sunt quoq; electi,  
Et qui dilecti, inde sunt quoq; electi,  
Tame si electio in nobis procedat  
Dilectionem quae post causata procedat  
Ex bonorum electo, quo præexistente  
Inflammamur amore illud diligenter,  
At ipsa præueniens dilectio Dei  
Causat eligibilis bonitatem ret.

V.

Praescit Deus a longe merita bonorum  
Tamen præscientia haec non est solorum  
Prædestinationis causat quia totum  
Quod in nobis per usum gratiae est motum  
Ad actum promerendi, est mere ipsius  
Prædestinationis effectus solius.

Tol

Totus ergo effectus sumptus in communi

Praedestinationi assignatur vni

Licet effectus unus in particula*ri*

Alterius effectus causa posuit datur

lux ta causam finalem dic posteriorum

Luxta materialem effectum priorem.

Gloria ad meritum nam quiddam finale

Meritum ad gloriam quid materiale,

VI.

Quamvis certo effectum suum consequatur

Haec praedestinatio, tamen nulla datur

Necessitas, qua causis liberis sublati

Proueniant effectus vi necessitatis

Quia ut supra dictum, ly predestinare

Est pars prouidentiae, quæ scit ordinare

Effectus ex proximis causis venientes,

Tum ut necessarios, tum ut contingentes.

Et tamen ordo eius nescit variari

Licet mentes libere possint arbitrari

Sic ordo prædestinans nunquam it in vanum,

Liberum arbitrium licet sit humanum.

VII.

Numerus Deo certus tam quoad formale,

Est prædestinatorum, quam materiale

Quia nouit quod, & qui caelo inferendi,

Non augendi numero, neq; minuendi,

Imo nouit non solum præ cognitionis


Rationes sed simul præ definitionis

Cuiusdam principalis, nam præ destinati

Ad bonum universi per se ordinati.

VIII.

Iuuante quoad effectum preces Beatorum  
Prædestinationem prædestinatōrum  
Non tamen quoad sc̄iu m̄t nam hic est æternus  
Imo nihil aliud quam ipse met̄ Deus.



Q V Æ S T I O . XXIV.

De Libro Vitæ.

A R T I C U L V S . I.

**L**ibrum vitae, ad vitam seu conscriptionem  
Electorum in Deo dic cognitionem  
Nam haec Metaphorice liber appellanda  
Dum ab humanis venit Deo adaptanda  
Ut ad pugnam eligi dicuntur armati  
Qui ob id conscribantur sic prædestinati  
Eliguntur a Deo in æternâ mente  
Conscriptione tali ipsa se legente.  
Hinc materialiter dicas idem ritē  
Prædestinationem, atq; librum vitæ.  
Non datur autem mortis liber reproborum  
Nam non sit conscriptio repudiatorum.

II.


Ille liber respectu Glorie est tanquam  
Nam h̄c electionis finis est, in quantum  
Per Gratiam iuuantem, ultra vim innatam  
Transmittuntur electi in vitam beatam.  
At Gratia non habet finis rationem,  
Sed ad Glorie vitam ordinatōrem.

Sicut

Sicut non propterea fortis eliguntur  
Ut tantum sumant arma quibus proteguntur  
Sed ut pugnant in bello dum iam sunt armati  
Nam ad hoc officium solum ordinati.

III.

Quidam de libro vite non possunt deleri  
Nam qui prædestinati non possunt haberi  
Pro nos prædestinatis, cum talis scriptura  
Dei sic noticia, non se mutatura.  
Simpliciter ergo sunt in libro mansuri  
Vitam æternam ut est in se habituri.  
Alij secundum quid scribuntur, nimis  
Vitæ vita est in sua causâ, hinc non mirum  
Si delentur e libro, quando excessiū  
Ab ordine Gratiae ultio defectiū  
Nam dum quis in Gratiam, meretur teneri  
Scriptus, sed perdens illam, meretur deleri.



Q V Æ S T I O N E XXV.

De Potentia Dei.

ARTICVLVS. 1.

Potentia in Deo est summa actus;  
Nunquam tamen in illo dabitur passus.  
Nam Deus purus actus, perfectus, & pauci  
Nescius, sic conuenit eius maiestati.

II.

Hæc agens potentia Dei, infinitat  
Nam ut se Essentia eius habet, ita

Et Posse summum Actus nullo terminatum,  
Cui esse irreceptum, neq; limitatum.

III.

Omnipotens est Deus, nam possibilia  
Absolute, per illum sunt factibilia,  
Id est, quæ non implicant contradictionem.  
Sed subiecto maritante prædicationem  
Fundatur autem istud summum Posse Dei  
In Esse quod nemini alligatur rei  
Sed est in se prahabens cuiuscunq; omnes  
Esse ei similis, des perfectiones.

IV.

Quod fuit, non fuisse, hoc non est subiectum  
Sub posse Dei, quia pugnat per directum.  
Et nullam Deo infert derogationem  
Nam nullam factibilis portat rationem.  
Quod factum est, verum est in natura rerum,  
Fallum est si nequit, in quantum est verum.

V.

Quæ non facit facere potest ea Deus  
Nam sub sapientiam totum cadit eius  
Quicquid est factibile, & ordo iam datus  
Rebus quæ sunt ei non est adæquatius  
Ultra hunc potest Deus efficere plura.  
Cuius Scire & Posse sunt idem natura.

VI.

Hæc quæ facit, facere potest meliora  
Et ut sint coram eo multo digniora  
Sed quoad bonitatem non substantialem  
Nam implicat sed tantum ad accidentalem

Quia

Quia species rerum instar numerorum,  
Nequaquam mutandorum ni destruendorum  
Ita quaternarius non erit promotus  
Ad se quinquerium, ni pereat totus.  
Alia sed bonitas, vt accidens data,  
Quæ extra essentiam rei, sic locata,  
Ista potest intendi: ita quem prudentem  
Potest Deus facere magis sapientem.  
Tamen alias potest multo meliores  
Qualibet re quam fecit, atq; alios  
Facere & altiori illis bonitatem  
Dans in esse & apertam habet veritatem.

---

## Q V Æ S T I O . XXVI.

### De Diuina Beatitudine.

#### ARTICVLVS. I.

B Eatus summè Deus, nam Perfectionem,  
Supra perfectionem aliorum omnem  
Habens in se ut sese, sibi se ostendit,  
Intelligit, cognoscit, totum comprehendit,  
Vnde bonum naturæ intellectualis  
Perfectum id dicitur, cognoscere qualis.  
Sit sufficientia in bono quod haber,  
Hæc est beatitudo qua perfectus gaudet.

#### II.

Beatum dicas Deum iuxta intellectum  
Quia intelligentis bonum est perfectum  
Hinc & beati sumunt similitudinem,  
Ad hanc intelligentis beatitudinem  
Tamen intelligere & esse in Deo.  
Secundum rem sunt vnum & idem in eo.

III.

Nostra beatitudo pro acto putat,

Qui est intelligere nostrum est creata;  
Sed pro obiecto actus dum venit sumenda,

Tunc Deus obiectuē ipse met dicenda,  
Idem, beatitudo sibi est formalis,

Nam & intelligendi actus eius talis,  
Quod a nullo alio eguit causari,

Increatūs nesciens ab extra beari.

IV.

Detergo suprema est beatitudo;

Est beatitudinum summa plenitudo  
In qua eminentius sunt felicitates

Et desiderabiles quævis voluptates;

Si de contemplatiā vis felicitate;

En habet tam de sui alta maiestate,

Quam de cunctis creatis per ordinem omnem;

Continuam & certam contemplationem

Quod si vis de actua: totum quod seruatur

In vasto valueris per hunc gubernatur

Quod si vis de terrena: non ne voluptatem

Ile habet gaudi: nonne potestatei

Sceptri omni potentis: an non diues ei

Est sufficie ati: immo quicquid Regi

Dignitas fert splendoris qui in terra degit,

Hoc magis unimo Regi qui & Reges regit,

Et tandem habet famæ deca nationem

Totius creaturæ admirationem.



# DE TRINITATE.

## QVÆSTIO. XXVII.

De processione diuinarnm Personarum.

### ARTICVLVS I.

IN Deo formaliter dic processionem,

Ad intra immanentem iuxta actionem,

Nam dum quis intelligit, ex hoc intus ei

Oritur conceptio intellectæ rei,

Quæ procedit ex ipsa vi intelligentie,

Scilicet verbum cordis, dictum in dicente.

Arium, Sabellium habe reprobatum:

Nam iste causam mouet, & ille causatum.

II.

In Divinis igitur hanc processionem

Verbi, voca Filii generationem,

Nam est à principio conjuncto viuente

Viventis processio tali existente

Sub similitudine, in natura tali

Eadem numericā, videlicet quali

Filius quisquam homo de homine natus

Similis in specie Patris generatus.

III.

Per intelligibilem ergo immanentem,

Actionem Filium ait procedentem,

Ita per voluntatis quoque actionem,

Spiritus seu Amoris dic processionem.

ES

Secundus

**Secundum** quod amatum manet in amante

Vna De natura se communicante

Licet sint intellectus & voluntas idem

In Deo, at non flosit amor, nisi quidem

Procedat intellectus a conceptione

Hinc altius ordinis ex distinctione.

**IV.**

Distincte ergo dux haec processiones

Quia ambæ distinctæ habent rationes,

Similem enim sibi potest generare,

Mouerit aliquid volitum, amare,

Vnde Filius tantum generationem

Appella, sed Spiritus dic spirationem.

**V.**

Plures processiones ne queras in Deo

Quam duas: actiones nam tantum in eo

Haec duæ immanentes, ut intelligentia

Qua generans & item qua amans volentia

At sentire ab extra inest, quod a pura

Est intellectuali remotum natura,

Et bonitas seu quicquid tale potest dari,

Spectant ad essentiam non ad operari,

Nisi ut sunt obiectum Dei voluntatis,

Operantis ubiqꝫ in rebus amatis

Nec sit verbum ex verbo, amor ex amore,

Vt in nobis: nam Deus eminentiore,

Actu uno simpliciter intelligit cuncta

Vno vult, licet in se illa sint disiuncta

Hinc summa fecunditas, nec ullus defectus

Vbi perfectum verbum, & amor perfectus.

**QVÆ**

## Q V A E S T I O . XXVIII.

### De Relationibus Diuinis .

A R T I C U L V S . I .

R Eales in Diuinis dic relationes  
Nam ibi sunt mutuae ordinationes  
Seu per relationem sic significati  
Respectus sed in rerum natura fundat,  
Ut pote dum aliquae res sunt inclinatae  
Ad inactem, naturam suam ordinatae  
Cum respectus per solam apprehensionem  
Rationis quae facit hanc collationem  
Unius ad alterum, non in re fondatam  
Cedat relationem, sed in mente natam .

II .

Relatio in Deo cum habeat esse  
Essentiae Diuinae, ipsa sit necesse  
Quia quod habet esse hic accidentale  
Translatum Deo habet id essentiale,  
Tamen in Diuinis a relatione  
Essentia differat mentis ratione  
Quia ly relatio respectum duorum,  
Importat qui inuicem est oppositorum.  
Verum in essentia nomine non datur,  
Talis respectus simplex, una adoratur .


III .

Realiter distinctae haec relationes  
Quia habent reales oppositiones  
Iesus non esset Dei Trinitas realis  
Sed rationis, error Sabellij talis

**E**t sicut substantia Dei unitatem  
Continet ita quoq; Dei Trinitatem  
**M**ultiplicat realis relatio, quia  
Per hanc sunt Tres distincti & non dicas Trias.  
**N**am distinctio iuxta rem sit relativum,  
**N**on absolutam, sui nunquam distinctivam.

**I**V.

**Q**atuor in diuinis hæ relationes,  
Nam duæ actiones : hinc processiones  
Duæ ad intrat: quarum quælibet duorum  
Ut diximus, respectus fert oppositorum.  
**V**nus est principij, alter procedentis,  
Vtriusq; in uno esse permanentis.  
**P**aternitas cum verbi Filiatione  
Spiratio amoris cum Procesione.



**Q V Æ S T I O. XXIX.**

**D**e Personis Diuinis.

**A R T I C U L V S I.**

**B**ona diffinitio est personæ talis  
Nemper individua est rationalis  
Naturæ substantia: nam per bonam artem  
Exprimit diffinitivam libet partem.  
**G**enus ly substantia & reliqua sunt loco  
Differentiæ, quia d m naturam voco  
**R**ationalem, ligo ad rationale  
Et dō personam nomen, nomen speciale  
Postremo reperi ritur tām univ ersale  
In quolibet genere quam particulare.

Tamē

Tamen individuū modo speciali  
Claret in substantiæ genere totale.  
Nam substantia prima individuatur  
Per se ipsam, accidens per illam, hinc datur  
Individuum modo specialiori  
In rationalibus, & perfectiori,  
Quoddamq; speciale nomen ei dona  
Et dices quia nomen eius, est Personæ

II.

Persona non est idem quod est essentia  
(Sic absolute) neq; quod subsistentia  
Neq; quod Hypostasis, nam dum rationes  
Differunt, differentes tradunt notiones,  
Cum ratio personæ supposito soli  
Quadret rationalis naturæ hinc noli  
Tu identificare quæ stant strictiora  
Cum eis quæ discurrunt ut communiora,  
Quia quod illa tria, in substantiam  
Toto signant genere t; hoc tantum ipsarum  
In rationalium genere rectata  
Substantiarum, signat persona vocata.


III.

In divinis personæ nomen est ponendum  
Quoniam illud venit persona dicendum  
Quod est quoddam subsistens in rationali  
Natura ac ordine intellectuali  
Perfectissimum t; tamen excellentiori  
modo attribuendum ipsi Creatori,  
Quam ulli creaturæ, ut supra ostensum  
De nominibus, Deo quiescimus censem.  
Et licet

**E**t licet quoad vocem non inueniatur  
Personam in scripturis, tamen ibi datur  
**Q**uoad significatum, ut maximè enim  
**P**er se, perfectissime & intelligentia.

**IV.**

**E**t signat in diuinis ly relationem  
Per modum substantiarum nam distinctionem  
**S**olam dic in diuinis per relationes  
Originis, eadem in natura omnes.  
**V**nde relationem ut rem subsistenterum  
Secto ibi, non autem prout inherenterum.  
Nam accidens in Deo nescit locum sibi  
Sed quicquid est, ipsa est essentia, ibi.



**Q V Ä S T I O. XXX.**

De pluralitate Personarum in diuinis.

**A R T I C U L U S. I.**

**N**on unam in diuinis, sed plures personas  
Quæ Græcis Hypostases dici solent ponas  
Nam sibi in natura intellectuali  
Plures res subsistentes vi suppositali.  
Tum quod persona signat ly relationem,  
Paternitatem, siue Filiationem,  
Siue Processionem ut rem subsistenterum  
In natura diuina distincte maneatem,

**II.**

Tres tantum haec personæ: nam relationes  
Ibi tres, statuentes personationes  
Paternitas, cum Nati Filiatione,  
Spiratio, Spiritus cum Processione

**Sunt**

Sunt quatuor, sed tantum tres personae sunt  
Ac trium distinctorum sunt constitutae  
Nam spiratio Patris ac Nati actua  
Nec Patris nec Filii est constitutua  
Sed ab utroque una ad spirationem  
Passiuam, oppositam fert relationem.

III.

Termini nil in Deo ponunt numerales,  
Nam nec essentiales nec sunt personales.  
Nec a multitudine praedicamentali  
Ad diuinam prantur, sed Transcendentali  
Quae nil, negationem prater remouentem  
Addit supra res, iuxta modum transcendentem  
Et secundum unius altam rationem  
Solam supra Ens dantis indivisionem.

IV.

Ly persona est tribus in diuinitate  
Commune, rationis sub communicatae  
Quia significato suo personali  
Dicit rem in natura intellectuali  
Distinctam ab alijs, ut singularem,  
Vagum individuum determinat qualiter  
Non tamen ly persona vel negationis  
Dicit communitatem, vel intentionis.  
Quia modum essendi determinans rei  
Quiddam ponit, distinctum quid subsistet Dei.  
Nec ly personam rei sub communitate  
Loca: ut essentiam seu diuinitatem  
Dicis communem tribus, nam sic sequeretur  
Quod tantum una trium persona daretur.

QVÆ

Q V A E S T I O. XXXI.

De his quæ ad vnitatem vel pluralitatem  
pertinent in Diuinis.

A R T I C U L U S. I.

**T**Rinitas in diuinis id determinatè  
Dicit, quod pluralitas indeterminatè,  
Quasi trium vnitatis nam pluralitatem,  
Colligit, essentiae sed ad vnitatem  
Id circò adoranda hæc in vnitate  
Trinitas, & vnitas hæc in Trinitate.

II.

Alius masculinè nominat personam,  
Hinc alium à Patre natum rectè ponam,  
Non tamen alienum, nam similes sibi:  
Nec diversum nam vna substantia ibi:  
Nec aliud: ni dicas ratione bona  
Aliud suppositum, alia persona.

III.

Dictio exclusiva solus, si sumatur.  
Cathegorem atieè, nunquam adiungatur  
Essentiali cuiquam termino Diuino,  
Quia soliditatem arguit omnino,  
Et sic solitarium nominaret eum,  
Quem ut unum sic trinum adoramus Deum  
Per Syncathégoriam tamen adiungenda  
Prout cuncta alia dicit excludenda,  
Quod non ad consortium vadant prædicati  
Neque aquiparentur Dei maiestati.

Nam

Nam Deo sacerdorum Regi immortali.  
Soli honor, gloria, quia soli tali.

IV.


Personaliter termino ly solum aptatum.

Non quadrat dum commune adest prædicatio  
Nam quamuis solum Patrem Deum appellabo,

Nec Natum nec Spiritum tamen separabo

Sed dicam t̄ ille Deus qui solus vocandus

Pater, Deus est, Deus rite appellandus.



## Q V Æ S T I O . XXXII.

De Diuinarum personarum cognitione.

ARTICVLVS. I.

Non putet homo posse Dei Trinitatem,  
Cognosci Naturalem per sagacitatem  
Nosse nostrum nam primo est creaturarum,

Tum Dei principium ut ipse illarum.

Sed hoc ad essentia spectat unitatem

Non autem personarum ad pluralitatem

Immo excellentia esset derogare

Fidei Trinitatem sic investigare.

II.

In Diuinis ponendæ quædam notiones

Nam per has personarum scis relationes,

Scilicet quod tres qui sunt unum Deitatem

Sunt tres notionibus Sed simplicitate

Saluatoris Deitatis, quam consideramus

Iuxta posse & iuxta posse nominamus.

F

III,

Cognoscendi Personas cum sint rationes  
Quinque propriæ, quinque hinc hæ notiones;  
Notio est ratio ipsa cognoscendi  
Personam, origine, modo procedendi  
A quo alias vel quia ab alio modi  
Hi duo sunt totius originis nodi  
Pater cum sit a nullo, per negationem  
Innascibilitatem habet notionem,  
Sed quia sunt ab ipso duo procedentes  
Duas hinc notiones habet exprimentes  
Tam & Paternitatem Natum generando  
Quam & spirationem Spiritum spirando,  
Natus quod generatur Filiationem  
Habet sed quia spirat hanc spirationem  
Habet cum Patre unam communem actiuam,  
Spiritus tandem illam habet ut patiuam  
Dictam Processionem, ipse procedendo  
Ab alijs & nullam a se producendo.

IV.

Circa has notiones olim opinati  
Contraria nonnulli nec sunt innodati  
Haeresis periculo quia indirecte  
Hæ ad fidem pertinente sed modo perfecte  
Ita teneri debet quales iudicavit  
Ecclesia, & quales iam determinauit.  
Indirectum ad fidem dum tu Samuelem  
Credis Helcanæ natum: sed iam sic fidelem  
Credere est necesse: ne nunc consequatur  
Persidum, si scripturæ falsum adscribatur.

QVÆ-

Q V A E S T I O . XXXIII.

De Persona Patris.

A R T I C U L V S . I

T Otius principium Pater deitatis  
Atq; maior donantis vii authoritatis  
Nam vt à principio ab eo procedunt  
Filius & Spiritus licet non recedunt  
Ab eodemmet Patris esse quod his datur,  
Inde nec quisquam minor, nec principiatur  
Nam originem tantum, non prioritatem  
Signat ly principium nec causalitatem  
II.

Nomen Pater proprium est Patris personæ  
Nam per id solus Pater est in notione  
Paternitatis qua it in distinctionem  
Ab alijs, & qua n̄ in relationem  
III.

In diuinis ly Pater prout personale  
Perpetius est dicendum quam essentiale  
Quia illud æternum, hoc sub tempore natum  
Illud perfectum istud a simili datum.  
Patrem dic simpliciter, dum Pater naturam  
Filio communicat sed dum creaturam  
Deus creat, secundum aliquid vocandus  
Pater, prout creator uenit appellandus  
Vel gloriſſicator est adoptiuorum  
Elargitor gratiæ Pater filiorum.

IV.

Ly ingenitus patri proprium vocatum  
Innascibilitatis per significatum,  
Nam non est ab alio, item quia idem  
Est a quo sunt alij, prout dictum pridem.  
~~Quæstio XXXIV.~~

Q VÆ S T I O. XXXIV.

De Persona Filij .

A R T I C V L V S 3 1

V Erbum propriæ sumptum. non esse essentiale  
Nomen est in diuinis, verūm personale.  
Nam nominat de Patre Natum prōcedentem  
Conceptum intellectus ibidem manentem.

II.

Hinc proprium Filio, nam processionem  
Per intellectum, vocas generationem

III.

Atq; in hoc ly verbum & ad creaturam  
Importatur respectus, nam Deus naturam  
Habet sic eminentem quod se cognoscendo  
Cognoscit & omnia, sed non diuidendo  
Actum cognitionis, nam vniico semet  
Intelligit perfecte & eodem temet.  
Sed id verbum est Dei repræsentatiuum  
Tantum, creaturarum verò & factiuj  
Vt Dei scientia est cognoscitua  
Dei, creaturarum tamen & factiua

QVÆ

---

## QVÆSTIO. XXXVI

### De Imagine.

#### ARTICVLVS. I.

**I**MAGO in diuinis nomen personale

Si propriæ sumatur & nam & ipsum tale

Quod importet personæ seu processionem

Seu dicas originem quia rationem

Imaginis dicimus ut ipsa procedat

Ex alio, & ad quem similis accedat

Per similitudinem in specie rei

Vel saltim in aliquo signo speciei

II.

Hinc propriæ Filius imago vocetur

Quia solus propriæ similitudinibus habetur

Qui procedit ut verbum, & exinde ei

Summa similitudo quadrat speciei

---

## QVÆSTIO. XXXVI.

### De persona Spiritus Sancti.

#### ARTICVLVS. I.

**P**ERSONA quæ per modum amoris procedit

Sub proprium aliquid nomen non succedit

Nam & relationes quæ accipiuntur

Iuxta processionem amoris, dicuntur

Esse innominatae: hinc processionem

Dum eas nominamus vel spirationem,

Potius clarent per has nominationes

Actus notionales, quam relationes,

**Sed ex vsu scripturæ cui semper statut**  
**Personæ hæc Spiritus Sanctus nominatur**  
**Et sat conuenienter, quia motionem**  
    **Designat ly Spiritus, & impulsionem.**  
**Amor verò impellit, mota voluntate**  
    **Amantis in amatum: Tum communitate**  
**Nominis ly Spiritus, nam quod est commune**  
    **Ambobus, id proprie vocabis impune**  
**Quod ambo communiter: tandem Sanctitatem.**  
    **Ordinatis in Dei lungæ maiestatem.**  
**Et, Spiritus & Sanctus: non sumas sciunctim**  
    **Si vis ut sit proprium vni, sed conjunctim,**

**II.**

**A Patre & Filio duc processionem**  
    **Huius Sancti Spiritus per spirationem,**  
**Et à Filio, inquam, quia sequeretur**  
    **Alias, quod ab illo non distingueretur**  
    **Tum quod nihil amemus, ni concipiamus**  
        **Mente, amorem ergo à verbo ducamus,**  
    **Tum quod ordine gaudent immateriales**  
        **Ab uno procedentes, & hoc quia tales,**  
    **Absqꝫ processionis nam ordine tantum**  
        **Sunt materialia, talia in quantum,**  
    **Vt ab uno cultelli fabro procedentes**  
        **Nullum sunt ad inuicem ordinem habentes,**  
    **In diuinitis igitur debet assignari**  
        **Ordo, sed non alius quisquam potest dare**  
        **Nisi ordo naturæ, ordo hic supremus**  
            **Quo ex alio esse alium docemus.**

**III.**

Ideo

Ideo potest dici, quod immediate  
Spiritus a Filio: atq; mediate  
A Patre per Filium procedat sed harum  
Locutionum vis est tantum personalium  
Respectus non virtutis Spiritus spirantis  
Quia vna est virtus tam ipsius dantis  
Patris talem Filio, quam accipientis  
Filiij, ac spirando vna producentis  
Vnde nec plus nec prius quicquam ibi ponas;  
Æquales, coæternas confitens personas.

IV.

Hinc Pater cum Filio Spiritus spirati  
Vnum sunt principium, nam consideratis  
Quoad proprietatem hanc non distinguuntur  
Sicut nec relatiue in hac opponuntur  
Nam hæc significatur modò substantiæ  
Isto ly principium, & non adiectiuæ  
Hinc à forma quam dicit, a proprietate  
Vna, ly principium gaudet unitate  
Et sic unus spirator ibi substantiæ  
Licet duo spirantes sumptu adiectiæ  
Quia sic actionem exprimis eorum  
Quæ actio duorum est suppositorum.

Q V Æ S T I O . XXXVII.

De nomine Spiritus Sancti, quod est Amor  
ARTICVLVS. 1.

Nomen Amor, conceptu cum essentiali  
Sumitur in diuinis, iuri & personali.

**E**sentiali, quia sic amantis tantum  
Habitudinem solam dicit in amatum,  
**Q**uod omnibus personis æque debes dare,  
Sicut intelligere, ita & amare.

**P**ersonali conceptu nam sic procedentem  
Amorem significat, ac se imprimentem  
**R**em amatam in ipso amato volente  
Ut verbum concipitur in intelligēto.  
**N**on tamen sic, amorem ut essentiale  
Vnum ponas, alterum ut notionale  
**N**am unus amor ibi, sed distinctionem  
Eiusmodi cūdimus nos per rationem.

II.

**P**ater atq; Filius si notionale  
Sumas ly diligere (non essentiale)  
**T**unc se Sancto diligunt Spiritus, nam quantum  
Illud notionale, spirare in tantum  
Significat amorem sicut & florere  
Et flores produceret & sicut dicere  
**E**st verbum producere: ac sic procedente  
Amore se diligunt ambos complectente.



Q V Æ S T I O. XXXVIII,

De nomine Spiritus Sæcti, quod est donū.  
ARTICVLVS, I.

**L**y donum, personale: quia a quo datur  
Est eius, & cuidatur, & gratis donatur  
Tali rationalis creatura dono  
Fruitur sed desuper ut cœlesti bono

Dum gratia sit digni verbi & amoris  
Procedentis participes: sic ut Sancti moris  
Vere intelligere & bene amare  
Dum valeat, ad quem valet anhelare  
Huius doni datio licet temporalis  
Dum eo sibi dato sic rationalis  
Creatura fruatur & Tamen aeternalem  
Doni aptitudinem dic non temporalem

II.

Donum personaliter quando est prolatum  
Tunc Sancto Spiritui proprium vocatum  
Quia irredibilis donum est datio  
Ergo gratuita mere donatio,  
Ratio gratuitae sed donationis  
Extra intentionem retributionis  
Est amor nam nos ipsi quicunque amamus  
Ei bonum volumus, ei illud damus  
Hinc amor primi doni habet rationem  
Ferens Spiritus Sancti nominationem  
Qui procedit ut amor, ac ut primum donum  
Per quod donatur nobis multum Dei bonum  
Atque licet Filius Dei quoque datur  
Tamen & is ex Patris amore donatur.

---

Q V A E S T I O . XXXIX.  
De Personis ad essentiam relatis &

A R T I C U L U S I .

E Ssentia, persona, Idem sunt in Deo  
Quia relationem persona in eo

**D**esignate in natura eius substantiem,

**A**b ea secundum rem nihil differentem  
**A**t tam realiter ibi distinguuntur

**T**res personae inerit quia opponuntur  
**A**d suicem reales per relationes  
**H**inc & reales ibi dant distinctiones

**II.**

**V**na essentia trium personarum

**E**t tres huius unius: nam ista illarum  
Habent eam quam forma individuorum

**P**lurium generis casu ponendorum

**C**um noster intellectus rerum diuinorum

**H**ic cognitor ex modo rerum creatarum

**N**ec dicimus aliquid super formam esse;

**S**ed si dicere velis, iungendum necessaria

**A**liquod adiectuum: ita dices recte,

**I**ste Petrus est homo virtutis perfectus.

**III.**

**N**omina essentiae Dei substantia

**Q**uedam sunt; quedam vero sunt & adiectiva.  
Ac de tribus personis illa singulari

**N**umero praedicantur: sed ista plurali.

**N**am significat unam formam substantium,

**P**luribus suppositis datur adiectivum.

**I**ta unum eternum dicam substantiae,

**E**t tres eternos dicam quando adiective.

**IV.**

**E**ssentiae diuinae nomina concreta

**V**i suppositionis procedunt discreta

**Quia**

Quia pro essentiis supponuntur dum puram  
Significationis suae conservant naturam.  
At dum eis adiunctum quid notionale  
Tunc elicunt ex se nomen personale  
Hinc ly Deus, pro quavis trium personarum  
Aliquando supponit, aliquando harum  
Pro una, vel duabus, vel tribus coniunctim  
Vel pro ipsa natura, illis non disiunctim.

V.

Essentiae diuinæ nomina abstracta  
Nequaquam pro personis veniunt contracta  
Nam essentiae Dei non attribuuntur  
Propria personarum quibus distinguuntur  
Nec ex significandi modo pro personis  
Proprium essentiae quidpiam supponis  
Alias distinctio ne dum personarum  
Sed esse essentiae simplicis illarum.

VI.

Et quamvis personale nomen adiective  
De esse Dei nescit dici, substantive  
Tamen potest varie, quia personarum  
Realis identitas cum Esse illarum

VII.

At essentialia quoque attributa  
Personis proprias dum a nobis, puta,  
Aut per viam similis dant cognitionem  
Aut via dissimilis dant perfectionem.

VIII.

A Sacris Doctoribus, ratione data,  
Quæ essentialia, personis aptata.

Deus ut absolute Ens, æternitatem  
Sic patri adscribimur en conformitatem,  
Alijs principium Pater Deitatis,  
Et non a principio prout clarum satis,  
Species est Filij nam formositate  
Est perfecta imago nitens claritate  
Vsus Spiritus Sancti cum fruitione  
Nam & nos hoc fruimur ex donatione,  
Deus in quantum unus: patri unitatem  
Adscribe, sed Filio da æ qualitatem  
Tum Spiritui Sancto da connexionem  
Horum autem omnium audirationem,  
Vnum nil praesupponit, comparatione  
Aequalitas subsistit, nexus unione.  
Deus in quantum causat Patri potentiam  
Tribue, principij ob eminentiam.  
Sed mox Sapientiam Filio, interni  
Nam ille intellectus verbum est paterni,  
At quoniam Spiritus Sanctus, amor Dei,  
Tunc scito bonitatem adscribendam ei.  
Deus in quantum suos respicit effectus.  
Patri, ex quo, adscriber: quia intellectus  
Noster eali termino vim efficientis  
Causa connotat cuncta à se producentis.  
Tum Filio, ly per quem, nam velut ad normam  
Sunt per Sapientiam, & quasi per formam.  
Tum Spiritui Sancto, ly in quo, creata  
Nam ad finem ducuntur in hec ordinata.

QVÆ

## Q V Æ S T I O . XL.

De personis in comparatione ad relati-  
ones sive proprietates.

### A R T I C U L V S . I.

Sunt & proprietates & relationes

In ipsomet personis: sic quod tamen omnes

Sunt ipsem personæ: nam singulæ harum

Proprietatum, sunt ut formæ personarum

De ratione autem formæ est necesse

Cuius forma dicitur & in eo esse

Ac proprietas ut est res, Dei vocata

Essentia, personæ identificata

### II.

Distinguuntur personæ, per relationes

Potius originis quam processiones

Nam per relationes perse & priori

Sensu, per origines ut posteriori

Dum origo personam vel constituendam

Vel iam ut constitutam habet supponendam

### III.

Abstractis intellectu non personalibus

A personis diuinis proprietatibus

Adhuc manent personæ: nam illæ personæ

Non ita constitutæ sed si tu seponas

Abstractæ ab eis has quæ personales

Proprietates mere, tunc iam quæ tales

Personarum propriæ sunt constitutiæ,

Si auferes, personarum secum ablaciæ.

### IV.

IV.

Generare, spirare, habentur actiuæ,  
Generari, spirari, habentur passiuæ  
Originæ passiuæ proprietatibus  
Priores concipiimus & personalibus.  
Nam se habent ut via; licet posterius  
Secundum rem in Deo nū sit, & nil prius.  
Illas autem actiuæ, relationibus  
Priores concipiimus non personalibus  
Nam sic notionalem actum, ly spirare  
Ante proprietatem relatiuam dare  
Cogitur intellectus, quæ innominata  
Patri atq; Filio communis vocata.  
At vero proprietas Patris personalis  
In quantum relatio, mox supponit talia  
Actum notionalem ante se, nam omnis  
Fundatur super actum vis relationis.  
Sed dum proprietatem Patris ita ponam.  
Personalem: quod eius statuat personam.  
Actum notionalem tunc posteriorem  
Dic, nam scis actione personam priorem.

Q V Æ S T I O . X L I .

De personis in comparatione ad actus  
notionales.

A R T I C U L U M .

Actus notionales sunt attribuendi.

Personis: quæ hi sunt notæ distinguendi

Secundum

**Secundum origines personas in Dō,**  
**Vntus ab alterā ut ordo in eo**

**II.**

**H**i non voluntarij principia  
Si sunt autem in Dō, sed consecutiae  
**Q**uiā ex voluntate Natum generare,  
Sive ex voluntate Spiritum spirare  
Nunquam hic ablatius has veras efficit  
Quando habitudinem principij dicit.  
Nam ita referendus est ad cœtauras  
T<sup>anquam</sup> ad principij creantis facturas  
Aliter & aliter cum haec possint esse  
At persona prout est, ut sit, est necesse  
**V**nde nunquam voluntas, sed est diuinarum  
Principium, natura Dei, personarum.  
Tamen concomitanter sumpta voluntate  
Deus generat, spirat nam in Deitate  
Sua ex quo vult esse, sic dicitur Deus  
Voluntates sic natus generatur eius  
**E**x eo quod Filium Pater generare  
Vult, aut quod cum Filio Spiritum spirare.

**III.**

**N**on de nihilo autem sunt notionales  
Actus, sed ex aliquo, maxime ut tales.  
Nam habet Natus sui generatione in  
Per intelligibilem emanationem  
**E**x Patris substantia, cui communicauit  
Totam Deus qui Deum vere generauit

**IV.**

**Genes**

**G**enerandis omnis ponas generante  
Potentiam, spirandi quoque in spirantes  
Nam ibi sit necesse, ubi generandi  
**A**ctus est principium, vel ubi spirandi.

**V.**

**H**æ potentiæ ipsam diuinam naturam  
Significant in recto in obliquo puram  
Relationem: quia id quo generare  
Potest Pater, vel quo cum Filio Spirare  
Est ipsa essentia: at proprietatem  
Personalem statues per obliquitatem.

**VI.**

**A**c ad plures personas actus terminari  
Notionalis nequit nam multiplicari.  
**N**equit persona, cum sit subsistens in Deo  
Relatio, vnius ordinis in eo.  
**E**t Deus intelligit uno vniuersa  
Actu, uno vult in se omnia immersa,  
Tum quod naturaliter quævis emanata  
Persona, at natura est determinata  
**A**d unum: tum quod quævis sui unitate  
Perfecta, nec sumpitur multiplicitate.

**Q VÆ S T I O. XLII.**

**D**e æqualitate & similitudine diuinarum  
personarum ad invicem.

**A R T I C U L V S. I.**

**I**N Diuinis personis dic æqualitatem,  
Nam credis essentias Trilum unitatem

**Alias essentia sic distraheretur**

**Si quid maius aut minus in ea daretur**

**II.**

**Ac persona procedens, ipsi producenti**

**Coetera, natura namque procedenti**

**Principium perfectum, cuius vis activa**

**Absque motu, instanti nullo successiva**

**III.**

**Absque prioritate hinc in Trinitate**

**Ordo naturae: omnis nam sit comparatae**

**Ordo ad principium, quod in Deo toto**

**Est iuxta originem, tempore remoto.**

**IV.**

**Magnitudine Patri, Filium aequalem**

**Dic, nam ambo naturae eandem totalem**

**Habent perfectionem qua dicitur Deus**

**Magnus, nam perfectio magnitudo eius**

**V.**

**Tam iuxta essentiam quam relationem**

**Quam originem dicas Patris mansionem**

**In nato & conuersum: nam ut Pater sibi**

**Est sua essentia, sic & natus ibi**

**Ac essentia Patris est in nato tota,**

**Et eadem nati nil extra Patrem mota**

**Tum quod oppositorum vnum relative**

**In altero vicissim manet inclusus**

**Tum processio verbi quod sit in dicente**

**Et quod verbo dicitur, sit in verbi ente.**

**VI.**

**G**

**Pater**

Pater atq; Filius ut in maiestate  
Aequales, sicut & quales & in potestate  
Quia ambo eiusdem sunt perfectio nis  
Qua data, consequenter potentiam ponis

## Q V A E S T I O . X L I I I .

De missione Divinarum Personarum ,

A R T I C U L U S . I .

**M**issio ut importat ductam a miscente  
Originem atq; ut in creato esse  
Nouum quendam importat modum existendi  
Sic personis conuenit Quia procedunt  
His conuentientias, & in re creata  
Nouiter existendi cui aliqua data  
Sic a Patre Filius est missus & datus  
In mundum secundum quod cœpit incarnatus  
Esse & haberi hic, licet habitauit  
Ante in toto mundo, qui mundum Creauit .

II.

Hinc taleni missionem atq; dationem  
Dic temporales tantum sed spirationem  
Et generationem, æternas spirari  
Namq; Spiritum Sanctum, atq; generari  
Filium, determinant ut processiones  
Æternas, ultra omnes limitationes  
At mitti nunc, dari nunc, novo modo esse  
Temporaliter termino claudantur necesse

III.

Iuxta solam gratiam gratum facientem  
Intellige personam miti descendenter

Nam

Nam Deus in aliqua re rationali  
Est novo modo, sola ratione tali.

IV.

Mittitur ab alio: nunquam ne<sup>c</sup>g<sup>r</sup> datur  
Pater, nam ab alio non originatur.

V.

Hinc quamvis per gratiam Pater habitare  
In re rationali potest, ac se dare:  
Tamen cum ab alio nequaquam procedat  
Nequaquam dici potest quod missus accedat,  
Sed Filius & Sanctus Spiritus mittuntur  
Congruo, ab alio quia producuntur,  
Ac dic inuisibilem istam missionem  
Dum per gratiam sumunt habitationem.

VI.

Sic mittuntur ad omnes qui hanc missionem  
Gratiae in se, atque innovationem  
Quandam habent per illam: nam inueniuntur  
Ista duo in illo ad quem sic mittuntur  
Sic puta quis hominum per hanc innovatus  
Actus miraculorum cui gratis datus

VII.

Visibiliter quo<sup>c</sup>g<sup>r</sup> missi, per creatu-  
Aliqua, missione sua demonstrata  
Nam ex visibilibus hic sumimus omnem  
De inuisibilibus intellectionem.

VIII.

Sed scito: temporales istas missiones  
Si referas aeternas ad processiones

Tunc illa tantum missa persona, ipius.

Missa quæ principium ac ita solus.

Est missionarius Patris Natus Dei

Siquidem solus Pater principium est.

Sic & Spiritus Sanctus qui processionem.

Sui habet, unicam per spirationem

Duorum spirantium, ab his missus datur.

A quibus sic insimul æterne spiratur.

Si autem consideres personam mittentem

Principium effectus, quem hac consurgentem.

Vides exmissione, tunc cum Trinitatis.

Indulsa opera ad extra, creatio.

A tota Trinitate persona mittitur,

Ac ipsa se persona mittit, & largitur.



Laus Vnitati sit in Trinitate.

Et Trinitati sit in Vnitate.



ADM.

ADM RR. PP. MODERATORI-  
BVS ALMI GENERALIS STVDII  
PATAVINI ORDINIS PRAEDICA-  
TORVM PATRIBVS OPTIMIS ET VIRIS  
DOCTISSIMIS.

Anno, 1627.

Fr. Raym: Mædrowic ibidem tunc Lector  
creatus, hæc gratitudinis suæ memoriam  
in scripto obtulerat anagrammata.

I.

Admodum Reuerendi Patres Moderatores  
Almi Studij Patavini.

A N A G R A M M A.

Adeste ô Viri, dudum super alia tanta admis-  
sanda mere preiosi,

II.

Franciscus Cortius Venetus, Magister, Or-  
dinis Prædicatorum.

A N A G R A M M A.

Oro scistes es candidus Gratij: Fratrum  
cor, penitentiarum. W.

G 3

III.

III.

Petrus Martyr Piazzola Patavinus Prædicator Generalis Ordinis Prædicatorum.

A N A G R A M M A.

Ipse zelo Dei plenus, instar tridis irrorat aria,  
da domi sanat, purgat prava peccatorum.

IV.

Angelus Andronicus Venetus, Magister, Ordinis Prædicatorum.

A N A G R A M M A.

Cygnos moues vſu candide, annis Nestor,  
gradu Pater literarum.

V.

Adrianus Leonticus, Patavinus, Magister, Ordinis Prædicatorum.

A N A G R A M M A

Iſ ſuada ſana, in auſtoritate digna vir primus,  
in corde leo primus.

VI.

Benedictus Cola Patavinus, Magister, Ordinis  
Prædicatorum.

A N A-

# A N A G R A M M A

Venerande Doctor, Magnis, optimis par, vi cero  
ga auctis laudibus.

## VII.

Benedictus Bouius Feltrensis, Magister ordinis  
Prædicatorum.

# A N A G R A M M A

Vrbin' apius es Vir doctissime, admirande, to-  
ti resuigescens orbi.

## VIII.

Marcus Ferro Venetus, Baccalaureus Ordinis  
Prædicatorum.

# A N A G R A M M A

Doctrinâ mirâ campus aureus, libore deuino-  
cto arcus ferrus.

## IX.

Ludouictus Bruni de Leniaco Lector ordinis  
Prædicatorum

# A N A G R A M M A

Non pridem ille dictus Baccalaureus, docet  
in ori rorido, W.





# AD ZOILVM


Andreas Alciati. Emblemma CLXXIX.

Quid rapis heu? Porgene vocale sua cicadam  
Pignoribusq; tuis sercula dira parast?  
Stridula stridentem, verna verna, hospita lœdis  
Hospitam, & aligeram penniger aës auem  
Ergo abice hanc prædam, nā musica pectora sū  
Alterum ab alterius dente perire nefas. (mū eī)



6431  
—  
4





AD 20

2000

Oprawy wykonali:  
Henryk Siwicki  
Wrocław, dnia 19.VI.1988

